



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Avrea Gemma Christianorvm

Ruben, Leonhard

Paderbornae, 1604

Liber. V. Christus Iesus patiens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



LIBER QVINTVS.
CHRISTVS IE-
SVS PATIENS.

CAPVT PRIMVM.

MARIA MAGDALENA VNGIT
pedes & caput Christi,

FIGVRAE. Exod. 23. 15. Solemnitatem
Zymorum custodies. Septem diebus comedes
Zuma, sicut precepi tibi tempore messis nouorum,
quando egressus es de Aegypto. Deut. 10. 2. 3. Et
ait: Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est
nobis: apparuit de monte Pharam, & cum eo san-
ctorum millia. In dextera eius ignea lex. Diligent
populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui
appropinquant pedibus eius, accipient de anima
illius

PROPHETIAE. Psalm. 44. 8. Dilexi
iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit
Deus Deus tuus oleo letitiae pra consortibus tuis.
Psalm. 125. 5. Qui seminant in lacrymis in exultatione metent. Cant. 3. 1. 2. 3. In lectulo meo per-
cites quasi sui quem diligit anima mea: quasi sui illius
& n

& non inueni. Surgam & circumibo ciuitatem, per
 vicos & plateas queram quem diligit anima mea:
 quæsi illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles,
 qui custodiunt ciuitatem: num quem diligit anima
 mea, vidistis? Ibidem capit. 4. 10. Quam pul-
 chra sunt mammae tuae soror mea sponsa! pulchriora
 sunt vbera tua vino, & odor unguentorum tuorum
 super omnia aromata. Ecclesi. 19. 28. Est correptio
 mendax in ira contumeliosi: & est iudicium quod
 non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est
 prudens. Isai. 27. 9. Idcirco super hoc dimittetur
 iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus ut au-
 feratur peccatum eius, cum posuerit omnes lapides
 altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt
 luci & delubra. Ierem. 31. 3. Longè Dominus ap-
 paruit mihi. Et in charitate perperna dilexi te,ideo
 attraxi te, miserans. Vers. 9. In flotu venient, &
 in misericordia reducam eos: & adducam eos per
 torrentes aquarum in via recta, & non impingent in
 ea; quia factus sum Israël pater, & Ephraim primo-
 genitus meus est. Vers. 16. Hec dicit Dominus:
 quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrimis;
 quia est merces operi tuo, ait Dominus; & reuertentur
 de terra inimici. Vers. 19. Postquam enim con-
 uertisti me, egi poenitentiam: & postquam ostendisti
 mihi, percussi femur meum. Confusus sum, & eru-
 bui, quoniam sustinui opprobrium adolescentie mee.
 Ezech. 18. 30. 31. 32. Idcirco unumquemq; iuxta vias
 suas iudicabo domus Israël, ait Dominus Deus. Con-
 uertimini, & agite poenitentiam ab omnibus iniqui-
 tatibus

ratibus vestris, & non erit vobis in ruina iniquitas. Projicite a vobis omnes prauaricationes vestras, in quibus prauaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

VERITAS. Matt. 26. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

Cum autem Iesus esset in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: ut quid perditio hac? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sicut autem Iesus, ait illis: quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum; me autem non semper habetis. Mittens enim hac unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Amen dico vobis, ubicumque pradicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hac fecerit in memoria eius. Similia habet D. Marcus qui & addit quoddam fremuisse in Mariam Magdalenam. cap. 14. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Luc. 7. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. vt fol 245. Ioan. 12. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Iesus ergo ante sex dies Pasche venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem Iesus resuscitauit Iesus. Fecerunt autem ei coenam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discipulis qui ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex discipulis ministrantibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, & unxit pedes Iesu, & extersit

fit pedes eius capillis suis : & domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus : quare hoc unguentum non venit trecentis denarijs, & datum est egenis ? Dixit autem hoc non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, qua mittebantur, portabat. Dixit ergo Iesus : Sinite illam vt in diem sepulturae meae seruet illud. Pauperes enim semper habetis vobisum : me autem non semper habetis.

CAPVT II.

Iudei consilium contra Christum ineunt vt illum occidant.

FLEVR AE. Fratres Iosephi de morte eius agunt. Genes. 37. 17. 18. 19. 20. Simeon & Leui in furore suo occiderunt virum. Gen. cap. 49. 5. 6. 7. Simeon & Leui fratres ; vasa iniquitatis bel-lantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea : quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax : & indignatio eorum quia dura : diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israël.

PROPHETIAE. Psal. 30. 14. Factus sum sicut vas perditum : quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. Psal. 70. 10. Quia dixerunt inimici mei mihi. & qui custodie-bat animam meam consilium fecerunt in vnum. Hier. 18. 22. 23. Audiatur clamor de domibus eorum, adduces

enims

enim super eos latronem repente : quia foderunt
 terra ut caperent me. & laqueos absconderunt pedibus
 meis. Tu autem Domine scis omne consilium eorum
 aduersum me in mortem : ne propitius iniquitatis
 eorum : & peccatum eorum a facie tua non deluatur.
 fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furiae
 tuae abutere eis.

VERITAS. Matth. 26. 3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Capiteus. & consilium fecerunt, ut Iesum dolo tenerent, & occiderent. Marc. 14. 1. Erat autem Pascha & Azyma post biduum, & querebant summi sacerdotes & scribae quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Luc. 22. 1. 2. Appropinquauit autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha : & querebant principes sacerdotum & scribae, quomodo Iesum interficerent, timuerunt vero plebem. Ioan. 11. 47. 48. 49. 50. 51. 52. Collegerunt ergo pontifices & pharisaei concilium, & dicebant : quid facimus quia hic homo multa signa facit ? si dimittimus eum sic, mentes credent in eum : & venient Romani, & delebunt nostrum locum, & gentem. Unus autem ex illis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius, dixit eis : vos nescitis quidquam, nec cogitatis quia expedit vobis ut vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit : sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente sed ut filios Dei, qui erant dispersi congregaret.

ret in unum. Vers. 56. Querebant ergo Iesum, & loquebantur ad inuicem in templo stantes: quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem illis Pontifices, & Pharisei mandatum, ut si quis cognouerit, ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

CAPVT III.

Ingressus Christi in Ierusalem in die palmarum.

FIGURAE. 1. Agnus immolandus inducitur quinq; diebus ante Pascha, Exod. 12. 3. 4. 5. 6.

2. Axa filia Caleb data Othonieli in uxorem, sedens super asinam petit à patre terram irriguam, qui dat illi irriguum superius, & irriguum inferius. Ios. 15. 17. 18. 19.

3. Saul dum sollicitè quærit deperditas asinas patris, vngitur in regem super filios Israël. 1. Reg. 9. 1. 2. 3.

4. Simon Machabæus eiectione de ciuitate Ierusalem immunditijs gentilium intrauit in eam cum hymnis benedicens Deum, in arcem verò cum ramis palmarum. 1. Mach. 13. 47. 48. 49. 50. 51. Et flexus Simon non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit edes, in quibus fuerant simulachra, & tunc intrauit eam cum hymnis benedicens Dominum: & eiectione ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros, qui legem facerent, & munivit eam, & fecit sibi habitationem. Qui autem erant in arce Ierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere: & esurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt, & clamor

elamato

clamauerunt ad Simonem vt dexteris acciperent
 & dedit illis, & eiecit eos inde, & mundauit arces
 a contaminationibus, & intrauerunt in eam tertio
 & vigesima die secundi mensis, anno centesimo se-
 ptuagesimo primo cum laude, & ramis palmarum,
 & cineris, & cymbalis, & nabilis, & hymnis, &
 canticis, quia corritus est inimicus magnus ex Israel.

5. Dum aufertur sceptrum de Iuda, ve-
 nit Messias. Genes 49. 10. 11. 12. vt fol. 66.

PROPHETIAE. 2. Esdr. 8. 15. Et vt
 predicent, & diuulgent vocem in vniuersis vrbibus
 suis, & in Ierusalem, dicentes. Egredeamini
 in montem, & afferte frondes oliuae, & frondes ligni
 pulcherrimi, frondes myrthi, & ramos palmarum, &
 frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut
 scriptum est. Iob. 29. 18. Dicebamq;: in nidulo
 meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. Psal.
 8. 3. Ex ore infantium & lactentium percipisti lau-
 dem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum
 & vltorem. Psalm. 91. 13. Iustus vt palma flore-
 bit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. Psalm.
 117. 25. 26. O Domine saluum me fac, o Domine
 bene prosperare: benedictus qui venit in nomine
 Domini. Hinc veniunt palmae quae sunt in ma-
 nibus sanctorum. 4. Esdr. 2. 43. 44. 45. Eius
 medio eorum erat iuuenis statura celsus, emine-
 ntior omnibus illis, & singulis eorum capitibus impo-
 nebat coronas, & magis exaltabatur: ego autem
 miraculo tenebar. Tunc interrogavi angelum, &
 dixi: qui sunt hi, Domine? Qui respondens dixit

mihi: hi sunt qui mortalem tunicam deposuerunt,
 & immortalem sumpserunt, & confessi sunt nomen
 Dei: modò coronantur, & accipiunt palmas. 2.
 Machab. 10. 7. Propter quod Thyrsos, & ramos vi-
 rides, & palmas praeferabant ei, qui prosperavit
 mundari locum suum. Apoc. 7. 9. Post haec vidi tur-
 bam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex
 omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis:
 stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis
 albis, & palma in manibus eorum. Cant. 7. 7. Sta-
 turatura assimilata est palma, & vbera tua botris.
 Isai. 40. 3. Vox clamantis in deserto, parate viam
 Domini, rectas facite in solitudine semitas Domini
 nostri. Vers. 9. 10. Super montem excelsum ascende tu,
 qui euangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem
 tuam, qui euangelizas Ierusalem, exalta, noli timere.
 Dic civitatibus Iuda, ecce Deus vester, ecce Do-
 minus in fortitudine veniet, & brachium eius do-
 minabitur: ecce merces eius cum eo, & opus illius co-
 ram illo. Ibid. cap. 61. 1. 2. Ut predicaverit annum pla-
 cabilem Domino, & die ultionis Deo nostro: ut conso-
 larer omnes lugentes. Capit. 62. 10. 11. Transite
 per portas, preparate viam populo, planum facite
 iter, eligite lapides, & eleuate signum ad popu-
 los: ecce Dominus auditum fecit in extremis ter-
 ra. Dicite filia Sion: ecce salvator tuus venit, ecce
 merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Zae-
 char. 9. 9. 10. Exulta satis filia Sion, iubila filia
 Ierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & salva-
 tor: ipse pauper, & ascendens super asinam, &

super

super pullum filium asinae. Et dispergam quadragam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus: & potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad fines terra. Ibidem capit. 14. 4. Et stabunt pedes eius in die illa super Montem oliuarum, qui est contra Ierusalē ad Orientem, & scindetur Mons oliuarū ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem praeceptu grandi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem.

VERITAS. Matth. 21. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Et cum appropinquasset Ierusalem, & venisset Bethphage ad Montem oliuae: tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea; soluite, & adducite mihi: & si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet, & confestim dimittet eos. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: dicitur in Ieremiae, ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Et discipuli autem fecerunt sicut precepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via, alij autem cedebant ramos arboribus, & sternebant in via: turba autē quae praecedebat & quae sequebantur, clamabant, dicens. Hosanna.

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicens. Quis est hic? populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilæe. Et intrauit Iesus in templum Dei & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis. Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Similia Marc. 11. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Et Luc. 19. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Sic Ioan. 12. 12. 13. 14. 15.

CAPVT IV.

Christus mittit duos de discipulis ad parandam cœnam, & valedicit matri.

FIGURAE. 1. Rebecca occurrit cum hydria aquæ famulæ Abraham quærenti sponsam filio suo. Genes. 24. 41. 42. 43. 44. 45. 46.

2. Dum Saul quærit Samuelem occurrunt pueri haurientes aquam in ipso ciuitatis ingressu quem Samuel solenni adhibet cœuiuiio, & sequenti die in Regem vngit. 1. Reg. 9. 11. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

3. Valefaciente Tobia parentibus, flent parentes. Tob. 5. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumq; profecti essent, cœpit mater eius
S flere

fere & dicere: *Baculum senectutis nostra tulisti, & transmisisti a nobis. Nunquam fuisset ista pecunia pro qua misisti eum: sufficebat enim nobis paupertas nostra, ut diuitias computaremus hoc quod videbamus filium nostrum. Dixitq; ei Tobias. Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod angelus Dei bonus comitetur ei & bene disponat omnia quae circa eum geruntur; ita ut cum gaudio reuertatur ad nos, Ad hanc vocem cessauit mater eius flere & tacuit. Accomoda matri valedicenti Christo Domino.*

VERITAS. Marc. 14. 12. 13. 14. 15. 16. Et primo die Azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi ut manduces Pascha? & mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis. Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquae baiulans, sequimini eum, & quocumq; introierit dicite domino domus, quia magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit conuicium grāde stratum, & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inueniunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha. Similia Matth. 26. 17. 18. 19. Luc. 22. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem accens. Euntes parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt: vbi vis paremus? & dixit ad eos. Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret vobis

bis homo quidam amphoram aqua portans: sequimini cum in domum in quam intrat, & dicetis patri familias domus: Dicit tibi Magister. Vbi est diuersorium, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratam, & ibi parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha.

CAPVT V.

De vltima cena quàm Christus cum discipulis sumpsit.

FIGURAE. 1. Paratur mensa panum propositionis. Exod. 25. 23. *Facies & mensam de lignis serim habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem.* Vers. 30. *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.*

2. Miphibolet h comedit panem in mensa Dauidis semper. 2. Reg. 9. 6. 7. 8.

PROPHETIAE. Psal. 22. 5. 6. *Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum; & calix meus inebrians quam præclarus est? & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ.* Psal. 127. 4. *Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.*

Prou. 9. 1. 2. *Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.* Isai.

46. 3. 4. *Vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo.* Ibidem capit. 63. 8. 9. vt fol. 110.

Osee. II. 3. 4. *Et ego quasi nutritius Ephraim, per-
traham eos in brachys meis: & nescierunt quod con-
rem eos. In funiculis Adam traham eos, in vincu-
lis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super
maxillas eorum: & declinani ad eum ut vescantur.*
Plura sequenti capite. Iustitiæ doctor. Christus
Dominus scilicet, cùm venerit comedemus vo-
scentes & saturabimur.. Ioël. 2. 26.

VERITAS. Matth. 26. 20. 21. *Vespere
autem factò discumbebat cum duodecim discipulis
suis & edentibus illis, dixit: Amen dico vobis: quia
unus vestrum me traditurus est. Marc. 14. 17. 18.
Vespere autem factò venit cum duodecim. Et dis-
cumbentibus eis, & manducantibus ait Iesus: A-
men dico vobis, quia unus ex vobis tradet me, qui
manducat mecum. Luc. 22. 14. 15. 16. Et cùm facta
esset hora, discubuit, & duodecim apostolos cum eo,
ait illis. Desiderio desideravi hoc pascha manducare
vobiscum, antequam patiar; dico enim vobis, quia
ex hoc non manducabo illud, donec impleatur im-
gno Dei. Ioan. 13. 1. Ante diem festum pasche
sciens Iesus quia venit hora eius, ut transiret ex hoc
mundo ad patrem; cùm dilexisset suos, qui erant in
mundo, in finem dilexit eos. Plura capit. 8.*

CAPVT VI.

Quomodo Christus inter cenandum proditorem
suam aperiat.

FIGVRAE. Iudas de Iosepho loquens. Ge-
37. 26. dixit fratribus suis. *Quid nobis pro-*

si occiderimus fratrem nostrum, & calauerimus sanguinem eius?

2. Iacob moriturus vocatis filijs prædicit futura. Genes. 49. 1. 2. 3.

3. Similiter Moyfes vocatis Israëlitis, Deut. 33. 1. 2. dixit.

4. Achitophel admissus antea ad secretissima consilia Davidis eum prodit Absaloni. 2. Reg. 15. 12. *Accersuit quoque Absalon Achitophel Giloniensem consiliarium David, de ciuitate sua Gilo. Cumque immolaret victimas, facta est conu-ratio valida populusque concurrens augebatur cum Absalon. Datque pessimum consilium. 2. Reg. 16. 21. 22. 23. Et ait Achitophel ad Absalon. In-gredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: ut cum audierit omnis Israël quod fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. Tetenderunt ergo Absalon tabernaculum in solario, ingressusque est ad concubinas patris sui coram uniuerso Israël. Consilium autem Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel, & cum esset cum David, & cum esset cum Absalon. Qui laqueo se tandem suspendit. 2. Reg. 17. 23. Porro Achitophel videns quod non fuisset factum consilium suum, strauit asinum suum, surrexitque & abiit in domum suam, & in ciuitatem suam, & disposita domo sua suspendio interijt, & sepulchus est in sepulchro patris sui.*

PROPHETIAE. Psalm. 54. 11. 12. 13. 14.

S 3

15. 16.

15. 16. Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Et non defecit de plateis eius usura, & dolus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem iram. Et scis, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimes: dux meus, & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulamus cum consensu. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes: Quoniam nequitia in habitaculis eorum: in medio eorum. Amos 2. 6. Hec dicit Dominus, super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum pro eo quod venderit pro argento instam, & pauperem pro calceamentis. Abd. 7. Usque ad terminum emiserunt reuocantes viri foederis tui illuserunt tibi; inualuerunt aduersum te viri pacis tuae, qui comedunt tecum ponentes insidias subter te, non est prudentia in eis. Zach. 11. 12. Et dixi ad eos. Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescent. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.

VERITAS. Matt. 26. 21. 22. 23. 24. Et edentibus illis, dixit. Amen dico vobis: quia unus vestrum me traditurus est. Et contristati valde, ceperunt singuli dicere. Nunquid ego sum Domine? & ipse respondens, ait. Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de illo. Va autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum est

rat ei, si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit. Nunquid ego sum Rabbi? At illi, tu dixisti. Similia Marc. 14. 18. 19. 20. 21. & Luc. 22. 21. 22.

CAPVT VII.

Christus lauit pedes discipulorum.

FIGVRAE. 1. Fratribus Ioseph inuitatis à Iosepho ad conuiuium lauantur pedes à famulis Ioseph. Genes. 43. 24. *Et introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.* Apostolis verò ab ipso Christo lauantur pedes.

2. Moyses cum congregasset omnem tribum ad fores tabernaculi, obtulit Aaron & filios eius, cum eos prius lauisset. Leuit. 9. 4. vt mandatum fuit. Exod. 29. 4. 5. 6. *Et Aaron, ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cumque laueris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est, linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod constringes balteo, &c.*

3. Abigail vxor Nabal adscita in vxorem Dauid, agnoscit se pro famula, vt lauet pedes seruorum Domini sui. 1. Reg. 25. 40. 41. *Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti sunt ad eam, dicentes. Dauid misit nos ad te; vt accipiat te sibi in vxorem. Quae consurgens adorauit prona in terram, & ait.*

S 4

Ecco

*Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes ser-
uorum Domini mei.*

PROPHETIAE. Psalm. 50. vers. 4.
*Amplius laua me ab iniquitate mea, & a pec-
cato meo munda me. Vers. 9. Asperges me hyss-
sopo & mundabor, lauabis me, & super niuem deal-
babor. Cant. 5. 3. Expoliaui me tunica mea, quo-
modo induar illa? laui pedes meos quomodo inqu-
nabo illos? Isai. 1. 16. Lauamini, mundi estote, au-
ferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis,
quiescite agere peruersè, discite benefacere. Thren.
1. 8. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est
finis sui: deposita est vehementer, non habens consi-
latores: vide Domine afflictionem meam: quo-
niam erectus est inimicus. Ezech. 36. 25. Effun-
dam super vos aquam mundam, & mundabimini
ab omnibus iniquamentis uestris, & ab omni ser-
uatore idolorum uestrorum mundabo vos.*

VERITAS. Matth. 20. 26. 27. 28. Non
*ita erit inter vos; sed quicumque uoluerit inter uos
maior fieri, sit uester minister, & qui uoluerit
inter uos primus esse, erit uester seruus: sicut filius ho-
minis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare
animam suam, redemptionem pro multis. Luc. 22.
27. 28. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui
ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in me-
dio uestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem
Ioan. 13. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
15. 16. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset*

cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiit, & ad Deum vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? respondit Iesus, & dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis sed non omnes: sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit: non estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubisset iterum, dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? vos vocatis me magister, & Domine, & bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestro, Dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes, Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis: ita & vos faciatis. Amen, amen dico vobis: non est seruus maior Domino suo: neq; apostolus maior est eo qui misit illum.

Christus Dominus instituit sanctissimum Eucharistiae sacramentum.

FIGVRAE. I. Melchisedech sacerdos Dei altissimi rex Salē offert panem & vinum. Genes. 14. 18. 19. *At verò Melchisedech rex Salē proferens panem & vinum: erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei & ait: Benedictus Abraham Deus excelsus, qui creauit caelum & terram.*

2. Agnus Paschalis comeditur. Exod. 11. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. *Loquimini ad vniuersum caeterum filiorum Israël, & dicite eis. Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas: si autem minor est numerus, ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suae, iuxta numerum animarum quae sufficere possunt ad esum agni: Erit autem agnus absq; macula, masculus, anniculus, iuxta quem ritum tolletis & hœdum, & seruabitis eum vsq; ad decimam quartam diem mensis huius, immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam. Et sument de sanguine eius, & ponent super vtrumq; postem, & in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azimos panes cum lactucis & grestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni. Caput cum pedibus & intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo vsq; manè; si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum. Re-*

nes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase (id est transitus) Domini.

3. Phase illud magnum celebrat Iosias rex cui non fuit simile. 2. Par. 35. 18. Non fuit Phase simile huic in Israël à diebus Samuelis propheta: sed nec quisquam de cunctis regibus Israël fecit Phase sicut Iosias, sacerdotibus, & Leuitis & omni Iuda, & Israël qui repertus fuerat, & habitantibus in Ierusalem.

4. Datur manna caeleste. Exod. 16. 13. 14.

15. Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra, mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terrae, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo insum in similitudinem pruinae super terram. Quod cum viderent filii Israël dixerunt ad invicem: Manhu? quod significat: quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses. Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Num. 11. 7. Erat autem Man quasi semen coriandri, coloris bdelly.

PROPHETIAE. Psalm. 77. 23. 24. 25.

Et mandavit nubibus desuper, & ianuas caeli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem caeli dedit eis. Panem angelorum manducavit homo, cibaria misit eis in abundantiam. Psalm. 109. 4. Iuravit Dominus & non poenitebit eum, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Psalm. 103. 15. Vt educas panem

panem

panem de terra, & vinum latificet cor hominis: & exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Sap. 16. 20. Pro quibus angelorum esca nutriti populum inum, & paratum panem de celo prestitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. Ifai. 25. 6. 7. 8. 9. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemia, pinguium medullatorum, vindemia defecata. Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes. Precipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus chrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra, quia Dominus locutus est. Et dicet in die illa: Ecce Deus noster iste, exspectauimus eum & saluabit nos. Iste Dominus sustinuit eum, exultabimus, & latabimur in saluatore eius. Zachar. 9. 15. 16. Dominus exercituum proteget eos, & deuorabunt: & subiciant lapidibus funde & bibentes inebriabuntur quasi a vino, & replebuntur ut phiala, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, regem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.

VERITAS. Matth. 26. 26. 27. 28. 29. 30. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: & dedit illis, dicens: bibite

bite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Similia Marc. 14. 22. 23. 24. 25. Luc. 22. 17. 18. 19. 20. Ioan. 6. 31. 32. 33. 34. 35. 36. vt fol. 256. Vers. 48. 49. 50. 51. 52. 53. Ego sum panis vita. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de calo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de calo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum: & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Iudaei ad inuicem, dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 1. Cor. II. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Conuenientibus ergo vobis in vnum iam non est Dominicam coenam manducare. Vnusquisque enim suam coenam praesumit ad manducandum, & alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? Aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? laudo vos? in hoc non laudo. Ego enim accepi a Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit. Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.

ratis.

rationem. Similiter & calicem, postquam coenauit, dicens. Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, hoc facite quotiescumq; biberis, in meam commemorationem. Quotiescumq; enim manducabitis panem hunc, & calicem biberis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat. Itaq; quicumq; manducauerit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicant corpus Domini.

CAPVT IX.

Christus hymno dicto egreditur ad montem Oliuarum.

FIGVRAE. I. Angeli volunt Loth in monte saluari. Genes. 19. 17. Edaxeruntq; eum, & posuerunt extra ciuitatem, ibiq; locuti sunt ad eum, dicentes: salua animam tuam, nolire spicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas.

2. Moyfes omnia agere debebat secundum exemplar illi in monte demonstratum. Exod. 25. 40. Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte demonstratum est.

3. Egreditur Dauid pedibus suis, quem omnes deflent cum transgreditur Torrentem Cedron. 2. Reg. 15. 16. 23. vt infra capit. 51.

4. Asa in Torrente Cedron comburit mulachrum Priapi, Christus sudore suo cupit

tates nostras veneras. 3. Reg. 13. 15. *Insuper & Maacham matrem suam amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco eius, quem consecrauerat, subuertitq; specum eius, & confregit simulachrum turpissimum, & combussit in torrente Cedron.*

5. Iosias in valle Cedron comburit lucos, Christus vt idololatriam euertat eundem torrentem transit. 4. Reg. 23. 4. *Et praecepit Rex Helcia Pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis & ianitoribus, vt projcerent de templo Domini omnia vasa qua facta fuerant Baal, & in luco, & vniuersa militia cali, & combussit ea foris Ierusalem in conualle Cedron, & tulit puluerem eorum in Bethel.*

PROPHETIAE. Psalm. 109. 7. *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. Cant. 5. 1. Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni in hortum meum, soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatis meis, comedi fauum cum melle meo, tibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Ierem. 12. 7. 8. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius. Facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vocem, ideo odiui eam. Thren. 1. 4. Via Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solemnitatem: omnes porta eius destructa: sacerdotes eius gemetes: virgines eius squalidae, & ipsa oppressa amaritudine. Vers. 8.*

pecca.

Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est; omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam: quia viderunt ignominiam eius, ipsa autem gremens conuersa est retrorsum. Vers. 12. Omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte sicut dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, & locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

VERITAS. Matt. 26. 30. 31. 32. 33. 34. 35. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus. Omnes vos scandalum patiemini in me, in ista nocte: scriptum est enim: percussit me postorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, precedam vos in Galileam. Respondens autem Petrus, ait illi: & si omni scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabo. At illi Iesus. Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus. Etiam si oportuerit me mori tecum, non te nego. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Similia Marci 14. 26. 27. 28. 29. 30. 31. Luc. 22. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. Ait autem Dominus, Simon, ecce satanas experituit vos ut cribretis sicut triticum: ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Qui dixit ei. Domine tecum paratus sum, & in carcerem, & in mortem ire. At ille dixit. Dico tibi Petre non cantabit hodie gallus, donec ter abnegaueris me. Et dixit eis, quando misi vos sine sacco, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt nihil: Dixit ergo eis:

nunc qui habet sacculum, tollat similiter & peram,
& qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gla-
dium: dico enim vobis, quoniam adhuc hoc, quod scri-
ptum est, oportet impleri in me. Et cum iniquis des-
putatus est. Etenim ea, qua sunt de me, finem ha-
bent. At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij
hic. At ille dixit eis: satis est. Et egressus ibat se-
cundum consuetudinem in montem oliuarum: secuti
sunt autem illum & discipuli. Ioan. 18. 1. Hac cum di-
xisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans Tor-
rentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit
ipse, & discipuli eius.

CAPVT X.

Christus venit in vallem Gethsemani, & ingre-
ditur hortum.

FIGVRA. Helias fugiens Iezabelem abiit
quocunq; eum ferebat voluntas, & petiuit
animæ suæ vt moreretur. 3. Reg. 19. 3. 4. Ti-
muit ergo Elias, & surgens abiit quocunq; eum fe-
rebat voluntas: venitq; in Bersabee Iuda, & dimisit
ibi puerum suum, & perrexit in desertum, viam v-
nius diei. Cumq; venisset, & sederet subter vnam
iuniperum, petiuit anima suæ vt moreretur, & ait.
Sufficit mihi Domine, tolle animam meam, neq; e-
nim melior sum, quam patres mei.

PROPHETIAE. Psalm. 101. 7. 8. Simi-
lis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut
medicorax in domicilio; vigilans & factus sum sicut
passer solitarius in tecto. Psalm. 142. 3. 4. Quis
perseo

persecutus est inimicus animam meam, humiliandi
 in terra vitam vitam meam. Collocavit me in
 obscuris sicut mortuos seculi: & anxius est super
 me spiritus meus, in me turbatum est cor meum,
 Cant. 5. 1. 2. Veniat dilectus meus in hortum
 suum, & comedat fructum pomorum suorum. Veni
 mi in hortum meum, soror mea sponsa, messis myr-
 rham meam cum aromatibus meis, comedi facum
 cum melle meo, tibi vinum meum cum lacte mei:
 comedite amici, & bibite, & inebriamini chersio-
 mi. Ego dormio, & cor meum vigilat: vix di-
 lecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea,
 columba mea, immaculata mea: quia caput meum
 plenum est rore, & cincinni mei guttus nectum.
 Et quia Gethsemani pinguedinem significat
 impletur vaticinium. Isai. 25. 6. 7. 8. 9. de quo
 capite octauo.

VERITAS. Matth. 26. 36. Tunc venie
 Iesus cum illis in villam, qua dicitur Gethsemani, &
 dixit discipulis suis, sedete hic donec vadam illuc, &
 orem. Marc. 14. 32. Et veniunt in pradium cum
 men Gethsemani, & ait discipulis suis: sedete hic do-
 nec orem. Luc. 22. 40. Et cum peruenisset ad locum
 dixit illis: orate ne intretis in tentationem. Ioan. 8.
 1. 2. Hec cum dixisset Iesus, egressus est cum disci-
 pulis suis trans Torrentem Cedron, ubi erat bos
 eius in quo introiit ipse, & discipuli eius: scilicet
 autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia
 frequenter Iesus conuenenat illuc cum
 discipulis suis.

DE PASSIONE CHRISTI 291
CAPVT XI.

Christus contristatur, & iubet suos orare,
& vigilare.

PROPHETIAE. Psalm. 6. 3. *Miserere mei Domine quoniam infirmus sum; sana me Domine quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine usquequo?* Psalm. 54. 5. 6. *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae.* Psalm. 68. 1. *Saluum me fac Deus: quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam.* Psalm. 87. 4. *Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquavit.* Psalm. 114. 3. *Circumdederunt me dolores mortis; & pericula inferni inuenerunt me.* Isai. 1. 5. 6. *Super quo percutiam vos ultra addentes praevaricationem? omne caput languidum & omne cor mœrens. A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.*

VERITAS. Matth. 26. 37. 38. *Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedaei, coepit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: iristis est anima mea usque ad mortem, sustinete hic, & vigilate mecum.* Marc. 14. 33. 34. *Et assumpsit Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum, & coepit pauere, & cadere. Et ait illis*

T 2

illis

illis; tristis est anima mea usq^{ue} ad mortem, iustitiam
 rete hic, & vigilate. Luc. 22. 40. Et cum per-
 misisset ad locum, dixit illis: orate ne intretis in tenta-
 tionem.

CAPVT XII.

Christus orat in horto.

FIGVRAE. I. Iacob & si obuios habuerit
 angelos, ad occursum tamen Esau fratris
 sui confugit ad orationem. Genes. 32. I. Iacob
 quoq^{ue} abiit in itinere quo ceperat: fueruntq^{ue} ei obuii
 Angeli Dei. Veri. 7. Timuit Iacob valde & per-
 vitus dimisit populum qui secum erat, greges quoq^{ue}
 & oves, & boues, & camelos in duas turmas. Veri.
 II. Erue me de manu fratris mei Esau: quia vult
 eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum
 filiis.

2. Salomon in dedicatione Ecclesie oratu-
 rus ante altare Domini, in conspectu ecclesie
 Israël expandit manus suas in cælum. 3. Reg. 8.
 22. Stetit autem Salomon ante altare Domini
 conspectu ecclesie Israël, & expandit manus suas in
 cælum. 2. Par. 6. 12. Stetit ergo coram altari Do-
 mini ex aduerso vniversa multitudinis Israël, & ex-
 tendit manus suas.

3. Iosaphat intelligens aduentum mag-
 exercitus Moabitarum & Ammonitarum co-
 tum se contulit ad orandum Dominum contra
 eos. 2. Par. 20. 1. 2. 3.

4. Etc.

DE PASSIONE CHRISTI. 293

4. Ezechias dum à Sennacherib rege Assy-
riorum per Rabfacem oppugnatur, confugit ad
templum ad orandum Dominum, cui in subsi-
dium mittitur Angelus Domini. Isai. 36. 1. 2.
3. 4. 5. Ibidem cap. 37. 1. 2. 3. 4. Similia 4. Reg.
19. 1. 2. 3. 4. 5.

PROPHETIAE. Psalm. 21. 3. *Deus meus
clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non
ad insipientiam mihi.* Psalm. 56. 2. *Miserere
mei Deus miserere mei: quoniam in te confidit ani-
ma mea.* Psalm. 59. 7. *Saluum fac dextera tua &
exaudi me.* Thren. 3. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Tantum
in me uerit, & conuertit manum suam tota die.
Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam,
contriuit ossa mea. Aedificauit in gyro meo, & cir-
cumdedit me felle, & labore. In tenebrosis colloca-
uit me, quasi mortuos sempiternos. Circumdisi-
cauit aduersum me, ut non egrediar: aggravauit cõ-
pedem meum. Sed & cum clamauero, & rogauero
excluserit orationem meam. Conclusit uias meas la-
pidibus quadris, semitas meas subuertit. Versus
insidians factus est mihi: leo in absconditis.*

VERITAS. Matth. 26. 39. *Et progressus
pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens.
Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste:
ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu.* Vers.
42. *Iterum secundo abiit, & orauit, dicens. Pater mi
si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat
voluntas tua.* Marc. 14. 35. 36. *Et cum proces-
sisset paululum, procidit super terram, & orabat: ut
si fieri*

si fieri posset transfret ab eo hora: & dixit, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed nō quod ego volo sed quod tu. Luc. 22. 41. 42. Et ipse annisus est ab eis quantum iactus est lapis. & postis genibus orabat, dicens. Pater si vis, transfer calicem istum a me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

CAPVT XIII.

Christus Dominus non habet vigilantes secum, aut sibi compatiētes discipulos.

FIGVRA. Ioseph venditus à fratribus suis Israhelitis, ducitur in Aegyptum, ab omnibus fratribus suis derelictus. Genes. 37. 33. Et praeteruentibus Madianitis negotiatoribus, extraxerunt eum de cisterna, vendiderunt eum in Aegyptum viginti argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum.

PROPHETIAE. Psalm. 68. 18. 19. 20. 21. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animam meam, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes tribulant me, improperium expectauit cor meum misericordiam. Psalm. 141. 5. Considerabam ad deum & videbam; & non erat qui cognosceret me.

VERITAS. Matth. 26. 40. 41. Et recessit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & ait Petro: sic non potuistis una hora vigilare mecum?

um. Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Vers. 43. 44. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit, & orauit tertio eundem sermonem, dicens. Vers. 45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Similia Marc. 14. 37. 38. 39. 40. 41. 42. Et Luc. 22. 45. 46.

CAPVT XIV.

Christus in agonia constitutus, confortatur ab angelo.

FIGURAE. I. Angelus Domini adest sacrificanti Abraham. Genes. 22. 11. *Et ecce angelus Domini de caelo clamauit, dicens: Abraham, Abraham. Qui respondit: adsum.*

2. Idem adest Moyfi educturo filios Israel ex Aegypto. Exod. 3. 2.

3. Similiter Iosue in pugna sua. Ios. 5. 13. *Cum autem esset Iosue in agro urbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euanginatum tenentem gladium, perrexitq; ad eum, & ait: Noster es, an aduersariorum? Qui respondit. Nequaquam: sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio.*

4. Similiter Gedeoni. Iud. 6. 11. 12.

5. Praecedit etiam Iudam Machabæum pugnantem contra Lyfiam. 2. Mach. 11. 8. 9. *Cumq; pariter*
prompto

T 4

prompto animo procederent, Ierosolymis apparuit
 procedens eos eques in veste candida, armis aureis
 hastam vibrans. Tunc omnes simul benedixerunt
 misericordem Dominum, & conualuerunt animis
 non solum homines, sed & bestias ferocissimas, & multos
 vos ferreos penetrare parati.

PROPHETIAE. Psalm. 8. 6. 7. Minuisti
 eum paulo minus ab angelis, gloria & honore corona-
 sti eum, & constituisti eum super opera manuum
 tuarum.

VERITAS. Luc. 22. 43. Apparuit au-
 tem illi angelus de celo confortans eum. Et factus
 in agonia, prolixius orabat. Hebr. 2. 7. Minuisti
 eum paulo minus ab angelis: gloria & honore corona-
 sti eum, & constituisti eum super opera manuum
 tuarum. Vers. 17. Unde debuit per omnia scurrilia
 similari ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad
 Deum, ut repropitiaret delicta populi.

CAPVT XV.

Christus in agonia prolixius orat.

PROPHETIA. Eccl. 4. 33. Pro iustitia
 agonizare pro anima tua, & usque ad mortem
 certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te
 inimicos tuos.

VERITAS. Luc. 22. 43. Apparuit au-
 tem illi angelus de celo confortans eum. Et factus
 in agonia prolixius orabat. 1. Corint. 9. 25. Om-
 nis autem, qui in agone contendit, ab omni
 se abstinet, & illi quidem ut corruptibilem coronam
 accipiant, nos autem incorruptam. 1. Tim. 4.

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus.

CAPVT XVI.

Christus sudat sanguinem.

FIGVRA. Vt primus Adam in sudore vultus sui comedit panem. Genes. 3. 19. 20. Sic Christus voluntatem Patris sui. (quæ cibus eius fuit) faciens. Luc. 22. 44. facie sanguineum sudorem emittit.

PROPHETIAE. Psal. 21. 15. 16. 17. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea, factum est cor meum tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me, &c.* Ezech. 24. 12. 13. *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te.* Zach. 1. 8. *Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij, & albi.*

VERITAS. Luc. 22. 44. *Et factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terrâ.*

CAPVT XVII.

Christum prodii Iudas cohorte assumpta.

FIGVRAE. I. Pharao cum Aegyptijs persequitur Moysen. Exod. 14. 8. 9. *Indurauitq;*

T 5

Dominus

Domini cor Pharaonis regis Aegypti & persecutus est filios Israël. At illi egressi erant in manuce celsa. Cumq; persequerentur Aegyptij vestigia procedentium repererunt eos in castris super mari, omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phihahiroth contra Beel-sephor.

2. Saul mittit apparitores vt occidant Dauidem. 1. Reg. 19. 1. 2. Varium etiam exercitum contra eum comparat, maximè. 1. Reg. 23. 7. 8.

3. Achitophel contra Dauidem apud Absolonem agit. 2. Reg. 26. 21. 22. 23. vt cap. 5.

4. Rex Syriae contra Helisæum mittit milites vt capiatur. 4. Reg. 6. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.

5. Ioab osculando pacificè Amasam eum confodit. 2. Reg. 20. 9. *Dixit itaq; Ioab ad Amasam: salue mi frater. Et tenuit manu dexteram Amasæ, quasi osculans eum. Porro Amasæ non obseruauit gladium, quem habebat Ioab: quia percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, nec secundum vulnus apposuit, & mortuus est. Ioab autem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri.*

PROPHETIAE. Psalm. 40. 10. *Etiam homo pacis mea in quo speravi, qui edebat panem meum magnificauit super me supplantationem.* Psalm. 54. 14. 15. 16. *Tu verò homo unanimes: dux meus, & notus meus. Qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Veniam mors super illos; & descendant in infernum viuentium quoniam nequitia in habitaculis eorum, in medio*

rum. Psal. 108. 16. 17. Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominē inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare. Psal. 139. 3. 4. 5. 6. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constuebant praelia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbulaqueum mihi: & funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi. Prou. 27. 6. Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Isai. 53. 7. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.

VERITAS. Matt. 26. 46. 47. 48. 49. 50. Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs, & fustibus, missi a principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens. Quemcumq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit. Aue Rabbi. Et osculatus est eum. Dixit q; illi Iesus. Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Similia Marc. 14. 41. 42. 43. 44. 45. qui etiam dicit Iudam dixisse vt ducerent eum cautē. Luc. 22. 47. 48. Adhuc eo loquente ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de discipulis

de discipulis

de duodecim, antecedeat eos, & appropinquauit Iesu
 ut oscularetur eum. Iesus autem dixit illi. Iudas,
 osculo Filium hominis tradis? Ioan. 18. 2. 3. Scri-
 bat autem et Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter
 Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas
 ergo cum accepisset cohortem, & a pontificibus, & Phari-
 saeis ministros, venit illuc cum laternis, & faciis,
 & armis.

CAPVT XVIII.

Inimici Domini Christum non agnoscentes cadunt retrorsum.

FIGVRAE. 1. Sodomitæ irruere volentes
 in domum, iusti Lot percutiuntur cæcitate.
 Genes. 19. 10. 11.

2. Heli audita voce, capta est arca Dei, ce-
 cidit retrorsum confracta ceruice. 1. Reg. 4. 18.
*Cumq; ille nominasset Arcam Dei, cecidit de sella
 retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mor-
 tuus est: senex enim erat vir & grandaevus, & ipse
 iudicauit Israël quadraginta annis.*

3. Milites regis Syriæ volentes capere Eli-
 sæum excæcantur quoad ostendit se Eliseus.
 4. Reg. 6. 18. 19. 20. *Hostes verò descendentes
 ad eum, perit Eliseus orauit ad Dominum, dicens.
 Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percu-
 sitq; eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei.
 Dixit autem ad eos Eliseus. Non est hac via neque
 est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis viam
 quem queritis. Duxit ergo eos in Samariam, cumq;
 ingressi fuissent in Samariam dixit Eliseus. Domine
 aperi oculos istorum, ut videant. Aperuitq;
 Dominus oculos eorum.*

Dominus oculos eorum, & viderunt se esse in medio Samaria Deut. 28. 6. 7. Benedictus eris tu ingre-
diens & egrediens; dabit Dominus inimicos tuos, qui
consurgunt aduersum te, corruentes in conspectu tuo.
Per unam viam venient contra te, & per septem fu-
gient a facie tua.

PROPHECIAE. Iob. 29. 17. Contere-
bam molas iniqui, & de dentibus illius aufereram
pradam. Psalm. 28. 4. 5. Vox Domini in virtute:
vox Domini in magnificentia. Vox Domini confrin-
gentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani.
Psalm. 39. 15. Confundantur & reuereantur simul,
qui querunt animam meam, ut auferant eam. Con-
uertantur retrorsum, & reuereantur qui volunt
mihi mala. Psal. 75. 8. Tu terribilis es, & quis re-
sistet tibi? ex tunc ira tua. Psalm. 128. 5. Con-
fundantur & conuertantur retrorsum omnes qui os-
derunt Sion. Isai. 28. 13. Et erit eis verbum Domi-
ni. Manda, remanda, manda remanda, exspecta
reexspecta, exspecta reexspecta, modicum ibi, modi-
micum ibi: ut vadant & cadant retrorsum, &
conterantur, & illaqueentur, & capiantur. Ierem.
18. 23. Tu autem Domine scis omne consiliū eorum ad-
uersum me in moriē: ne propitius iniquitati eorum,
& peccatum eorum a facie tua non deleatur: fiant
corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui
abutere eis. Thren. 1. 8. Peccatum peccauit Ier-
usalem, propterea instabilis facta est: omnes qui
glorificabant eam, spreuerunt illam: quia viderunt
ignominiam eius; ipsa autem gemens conuersa est re-
trorsum.

trorsum. Ibidem cap. 2. 2. 3. Præcipit autem Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit enim furore suo, munitiones virginis Iuda, & detexit in terram: polluit regnum, & principes eius. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israël, auertit trorsum dexteram suam a facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignem flammæ deuorantis in gyro.

VERITAS. Ioan. 18. 5. 6. 7. 8. Responderunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis; ego sum, abiit trorsum, & ceciderunt in terram. Iterum interrogauit eos. Quem queritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixi uobis quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abiit.

CAPVT XIX.

Christus capitur.

FIGURAE. 1. Tria millia de tribu Iuda ueniunt ut capiant Samsonem & ligent. Iud. 15. 11. 12. 13.

2. Comprehenditur Ieremias, ducitur ad principes & traditur in carcerem. Ierem. 17. 14. Et respondit Ieremias falsum est, non fugit Chaldaeos. Et non audiuit eum, sed comprehendit Iozias Ieremiam & adduxit eum ad principes. Quia obrem irati principes contra Ieremiam, casum miserunt eum in carcerem, qui erat in domo Ionathas scriba: ipse enim prepositus erat super carcerem.

3. Dantur vincula super Ezechiele. Ezech. 3. 25. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris de medio eorum.

DE PASSIONE CHRISTI 303

PROPHETIAE. Psalm. 16. 11. 12. *Proye-*
tientes me nunc circumdederunt me: oculos suos
stauerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut
leo paratus ad pradam; & sicut catulus leonis
habitans in abditis, Psalm. 21. 17. Quoniam cir-
cumdederunt me canes multi, consilium malignan-
tium obsedit me, &c. Psalm. 55. 2. 3. Miserere me
Deus quoniam conculcauit me homo: tota die im-
pugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici
mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
Dicitur enim ludæos conculcasse Christum pe-
dibus, Psalm. 40. 10. Etenim homo pacis mea, in
quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super
me supplantationem. Psal. 70. 10. 11. Quia di-
xerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam
meam, consilium fecerunt in unum, dicentes: Deus de-
reliquit eum, persequimini, & comprehendite eum;
quia non est qui eripiat. Psal. 118. 61. Funes peccatorum
circumplexi sunt me: & legem tuam non sum ob-
litus, Psal. 139. 6. Absconderunt superbi laqueum mihi
& funes extenderunt in laqueum; iuxta iter scandalum
posuerunt mihi. Isai. 53. 7. Oblatus est quia ipse vo-
luit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem
ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet,
& non aperiet os suum. Ierem. 30. 8. 9.
Et erit in die illa, ait Dominus exercituum, conteram
jugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam &
non dominabuntur ei amplius alieni; sed seruiet Domi-
no Deo suo, & Dauid regi suo, quem suscitabo eis. Thre.
1. 14. Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in manu eius

conu-

conuoluta sunt & imposita collo meo: infirmata est
 virtus mea, dedit me Dominus in manus, de qua non
 potero surgere. Ibid. 4. 20. Spiritus oris nostri Chris-
 tus Dominus captus est in peccatis nostris: cui di-
 ximus; in umbra tua viuemus in gentibus. Exech.
 3. 25. Et tu fili hominis ecce data sunt super te om-
 nia, & ligabunt te in eis, & non egredieris de mo-
 dio eorum. Idq; vt traheret nos in funiculis
 Adam.

VERITAS. Matt. 26. 50. Dixitq; illi Iesus
 amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & ma-
 nus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Marc.
 14. 46. At illi manus iniecerunt in eum, & tenuerunt
 eum. Luc. 22. 54. Comprehendentes autem
 eum, duxerunt ad domum pontificis sacerdotum. Pu-
 trus verò sequebatur à longè. Ioan. 18. 12. Cr-
 hors ergo, & tribunus, & ministri Iudeorum com-
 prehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & addu-
 xerunt eum ad Annam primum: erat enim sacer-
 dos Caipha, qui erat pontifex anni illius.

CAPVT XX.

Christus ostendit quod spontè capiatur, & de-
 testate tenebrarum.

FIGVRAE. I. Egreditur Diabolus, & est
 spiritus mendax in ore omnium propheta-
 rum. 3. Reg. 22. 22. Et ille ait. Egrediar, & en-
 spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.
 Et dixit Dominus, decipies & praualebis: egredietur
 & fac ita.

2. Satanæ datur potestas in Iob, quem percussit ulcere pessimo, animam tamen illius servare iubetur. Iob. 2. 4. 5. 6. 7. 8. *Cui respondens Satan, ait. Pelle pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan. Ecce in manu tua est. Veruntamen animam illius serva. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob ulcere pessimo, à planta pedis usque ad verticem eius. Qui testa sanem radebat, sedens in sterquilino.*

3. Satan aduersatur Iesu sacerdoti magno qui stat coram Angelo Domini. Zach. 3. 1. *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini, & Satan stabat à dextris eius ut aduersaretur ei.*

4. Non est potestas quæ comparetur illi. Iob. 41. 24. *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeat.*

PROPHETIA. Iob. 30. 25. *Flebant quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.*

VERITAS. Matth. 26. 53. *An putas, quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Vers. 55. 56. In illa hora dixit Iesus turbis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. Hoc autem to-*

tum factum est, ut adimplerentur scriptura prophetarum. Marc. 14. 48. 49. Et respondens Iesus ait illis. Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & lignis comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleretur scriptura. Luc. 22. 52. 53. 54. Dixit autem Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores. Quasi ad latronem existis cum gladijs, & fustibus? cumque quidam vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed haec est hora vestra, & potestatis tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur eum a longe. Ioan. 18. 5. 6. 7. 8. 9. Respondit autem ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Petrus ergo dixit eis; ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos. Quem quaritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quaritis, sinite hos abire: ut impleretur sermo quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdim de eis quemquam.

CAPVT XXI.

Zelus Petri in defensione Christi, quem Christus non admittit.

FIGVRAE. I. Phinees confodit Zambri cum alienigena fornicantem, & meruit sacerdotium perpetuum. Numer. 25. 6. 7. 8. Verf. 11. 12. 13. 14.

13. Idcirco loquere ad eum: ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israël.

2. Moyses defendens fratres percutit Aegyptum. Exod. 2. 15. Audiuit q̄ Pharaon sermonem hunc, & quarebat occidere Moysen, qui confugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum.

3. Abisai conatur amputare caput Semei qui maledixit Dauidi, quod impediuit Dauid. 2. Reg. 16. 9. 10. 11. 12. Dixit autē Abisai filius Saruie regi, quare maledicis canis hic mortuus Domino meo regi? vadā & amputabo caput eius. Et ait rex. Quid mihi & vobis filij Saruie? dimittite eum, ut maledicat. Dominus enim precepit ei ut malediceret Dauid. & quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis: ecce filius meus, qui egressus est de utero meo, querit animā meam: quāto magis nunc filius Iemini? dimittite eum ut maledicat iuxta preceptum Domini: si forte respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.

4. Dauid impedit eundem volentem occidere Saulem. 1. Reg. 26. 7. 8. 9. 10. 11.

VERITAS. Matt. 26. 51. 52. 53. 54. Et ecce vnus ex his, qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladiū suum, & percutiens seruū principis sacerdotū amputauit auriculā eius. Tunc ait illi Iesus: conuerte gladium tuū in locum suū: omnes enim qui acceperint

gladium, gladio peribunt. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modum plusquam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturae, quia sic oportet fieri? Similia Marc. 14. 47. Luc. 22. 49. 50. 51. Ioan. 8. 10. 11. Simon ergo Petrus habens gladium eorum, & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram: erat autem seruo nomen Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

CAPVT XXII.

Fuga discipulorum Christi, conculcatio vestigio per torrentem.

PROPHETIAE. Job. 6. 15. Fratres mei perierunt me, sicut torrens qui rapim transit in conualibus. Ibidem cap. 19. 12. 13. 14. 15. 16. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui me nouerant, obliti sunt mei. Inquilini domus meae, & ancilla meae sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Seruum meum cui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum. Capit. 30. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Abominantur me, & longè fecerunt à me, & faciem meam conspuere non verentur: pharetra enim suam aperuit, & afflixit me, & frenum posuit

in os meum. Ad dexteram orientis calamitates
 mea illicò surrexerunt: pedes meos subuerterunt, &
 opprefferunt quasi fluctibus semitis suis: dissipauerunt
 itinera mea, insidiati sunt mihi, & preualuerunt
 & non fuit qui ferret auxilium. Quasi rupto muro,
 & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas mi-
 serias deuoluti sunt. Redactus sum in nihilum; abso-
 tulisti quasi ventus desiderium meum, & velut nubes
 pertransiit salus mea. Nunc autem in memetipso
 marcessit anima mea, & possident me dies afflictionis.
 Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me co-
 medunt, non dormiunt. In multitudine eorum con-
 sumitur vestimentum meum, & quasi capitis tunica
 succinxerunt me. Comparatus sum luto & assimilatus
 sum faulle & cineri. Clamo ad te, & non exau-
 dis me: sto, & non recipis me. Mutatus es mihi
 in crudelem, & in duritia manus tua aduersaris
 mihi. Eleuasti me, & quasi super ventum ponens
 elixisti me valide. Scio quia morti trades me, ubi con-
 stituta est domus omni uiuenti: verumtamen non ad
 consumptionem eorum emittis manum tuam, & si
 corruerint ipse saluabis. Psalm. 10. 1. 2. In Domino
 confido: quomodo dicitis anima mea, transmigra in
 montem sicut passer? Quoniam ecce peccatores in-
 tenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pha-
 retra, ut sagittent in obscuro reclus corde. Psalm.
 21. 2. Deus Deus meus respice in me: quare me dereli-
 quisti? longe a salute mea verba delictorum meorum.
 Psalm. 29. 8. 9. Auertisti faciem tuam a me, & fa-
 ctus sum conturbatus. Ad te Domine clamabo: &

ad Deum meum deprecabor. Psalm. 30. 12. 13. 14.
 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium
 vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui vide-
 bant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus sum,
 tanquam mortuus à corde. Factus sum tanquam vas
 perditum: quoniam audivi vituperationem multorum
 commorantium in circuitu: In eo dum conuenirent
 simul aduersum me, accipere animam meam con-
 siliati sunt. Psalm. 37. 12. 13. Amici mei, & proximi
 mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt.
 Et qui iuxta me erant de longè steterunt: & non sci-
 eiebant qui querebant animam meam. Et qui in-
 quirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & di-
 los tota die meditabantur. Psalm. 40. 10. Etenim
 homo pacis mea, in quo speravi, qui edebat panes
 meos, magnificauit super me supplantationem. Nam
 Iudas putatur Dominum pedibus tum calcasse,
 vt de Dei vnigenito scriptum. 4. Eids. 28. Psalm.
 55. 2. vt capit. 19. Psalm. 68. 21. In conspectu tuo
 sunt omnes qui tribulant me, improperium expecta-
 uit cor meum, & miseriam, &c. Psalm. 87. 9. Longè
 fecisti notos meos à me; posuerunt me abomina-
 tionem sibi. Traditus sum, & non egrediebar. Veri.
 18. 19. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circui-
 dederunt me simul. Elongasti a me amicum, &
 proximum; & notos meos à miseria. Iai. 63. 2. 3.
 4. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, &
 vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Tor-
 cular calcaui solus, & de gentibus non est vir me-
 cum; calcaus eos in furore meo, & conculcaui eos.

ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinant: dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis mea venit. Zach. 13. 5. 6. 7. Sed dicit non sum propheta, homo agricola ego sum; quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Et dicitur ei. Quid sunt plaga istae in medio manuum tuarum? & dicit. His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Fraxea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum. Percute pastorem, & dispergentur oves, & conuertam manum meam ad paruulos.

VERITAS. Matth. 26. 56. Hoc autem totum factum est, ut adimplerentur scripturae prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt. Marc. 14. 50. 51. 52. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo; & reuerunt eum. At ille relicta sindone nudus profugerit ab eis.

CAPVT XXIII.

Christus ligatus ad Annam ducitur.

FIGURAE. I. Constituti tempore Susannæ duo senes iudices, à quibus exijt iniquitas. Dan. 13. 5. Et constituti sunt de populo duo senes iudices in illo anno: de quibus locutus est Dominus: quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.

2. Spontè

2. Spontè ligatus qui potuit vincula dirumpere vt Samson. Iud. 16. 8. 9. Attulerunt ergo ad eam Satrape Philistinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latentibus apud se insidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus, clamantem ad eum: Philisthiim super te Samson. Qui rumpit vincula, quomodo si rumpat quis filum de struppitum putamine, cum odorem ignis acceperit: & non est cognitum in quo esset fortitudo eius. Vell. 12. Quibus rursus Dalila vinxit eum, & clamant: Philisthiim super te Samson, in cubiculo insidijs paratis, qui ita rumpit vincula quasi fila telarum. Vt postmodum Christus exijt clauso sepulchro.

PROPHETIA. Psalm. 2. 2. Affuerunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum: & proiciamus a nobis iugum ipsorum.

VERITAS. Ioan. 18. 12. 13. 14. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Iudaorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim socer Caphei, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Capheus qui consilium dederat Iudais: quia expedit, vnum hominem mori pro populo, vt supra capit. 2.

CAPVT XXIII.

Ducitur ad Domum Caiphe, vbi omnes conueniunt sacerdotes & scribae.

FIGURAE. I. Fratres Ioseph videntes eum venientem cogitant & concludunt eum occidendum.

cidere. Genes. 37. 18. 19. 20. *Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: & mutuo loquebantur, ecce somnator venit, venite, occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem, dicemusque fera pessima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illis profint somnia sua.*

2. Simeon & Leui vasa bellantia & mali consilij homines. Genes. 49. 5. 6. 7. vt fol. 267.

3. Philisthæi audientes Samsonem intrasse urbem Gazam, circumdederunt eum positis custodibus in porta tota nocte. Iud. 16. 2. *Quod cum audissent Philisthæi & percrebuisset apud eos, intrasse urbem Samson, circumdederunt eum positis in porta ciuitatis custodibus, & ibi tota nocte cum silentio prastolantes, vt facto mane exeuntem occiderent.*

4. Menelaus nil dignum habet sacerdotio, animum verò habet crudelis Tyranni & feræ bestię. 2. Mach. 4. 25. *Acceptisque à rege mandatis, venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio: animos verò crudelis Tyranni, & fera belluæ irangerens. Sic Pontifex Caiphas, & Annas.*

5. 1. Esdr. 9. 2. *Manus principum & magistratum fuerunt in hac transgressione prima.*

PROPHETIAE. Psalm. 2. 2. *Astiterunt reges terra, & principes conuenerunt in unum aduersus Dominum & aduersus Christum eius. Psalm. 21. 2. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Vers. 17. Quoniam circumdederunt me canes*

multi: consilium malignantium obsedit me. Thren.
2. 16. Aperuerunt super te os suum omnes inimici
tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixe-
runt. Deuorabimus eni ista est dies, quam specta-
bamus, inuenimus, vidimus. Thren. 3. 59 to 61.
62. 63. Vidisti Domine iniquitatem illorum aduer-
sum me: iudica iudicium meum. Vidisti omnem pu-
rorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.
Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogita-
tiones eorum aduersum me. Labia insurgentium mi-
hi; & meditationes eorum aduersum me tota dissi-
sionem eorum, & resurrectionem eorum vide, ego
sum psalmus eorum.

VERITAS. Matth. 26. 57. At illi tenen-
tes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacer-
dotum, ubi scribae & seniores conuenerant. Vers.
59. Principes autem sacerdotum, & omne consilium
querebant falsum testimonium contra Iesum, ut
eum morti traderent, & non inuenerunt. Marc. 14.
53. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem,
& conuenerunt omnes sacerdotes, & scribae, & se-
niores. Vers. 55. Summi vero sacerdotes, & om-
ne concilium querebant aduersus Iesum testi-
monium, ut eum morti traderent, nec inueniebant.
Luc. 22. 54. Comprehendentes autem eum, duxerunt
ad domum principis sacerdotum: Petrus
vero sequebatur eum a longe. Ioan. 18. 24

Et misit eum Annas ligatum ad
Caipham pontificem.

* * *

CAPVT

CAPVT XXV.

Christus palam locutus est.

FIGVRAE. 1. Ionatham filius Ieroboal in vertice montis Garizim eleuata voce arguit viros Sichem multis parabolis, quod sibi in iudicem adscuerant Abimelech qui 70. fratres filios Ieroboal occiderat. Iud. 9. 5. 6. 7.

2. Dauid in vertice montis stans, Abisai eum occidere voluit Saul, Abner principem militiae Saulis, & populum negligentem regem, coarguit. 1. Reg. 26. 5. 6. 7. 8. 9. Vers. 13. 14. 15. 16.

PROPHETIAE. Prou. 8. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Nunquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisq; verticibus supra viam, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens. O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperientur labia mea, ut recta praedicent. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid, neque peruersum. Isai. 45. 19. Non in abscondito locutus sum in loco terra tenebroso: non dixi semini Iacob: frustra quarite me, ego Dominus loquens iustitiam, annuncians recta. Ibid. cap. 65. 2. Expãdi manus meas tota die ad populũ incredulũ qui graditur
in via

in via nō bona post cogitationes suas. Vers. 12. 13. 14.
 Numerabo vos in gladio, & omnes in cade corruetis
 pro eo quod vocavi, & non respondistis: locutus sum,
 & non audistis: & faciebatis malum in oculis meis,
 & quæ nolui elegistis. Propter hoc hæc dicit Domi-
 nus Deus: ecce serui mei comedent, & vos esurietis:
 ecce serui mei bibent, & vos sitietis: ecce serui mei
 letabuntur, & vos confundemini: ecce serui mei
 laudabunt præ exultatione cordis, & vos clamabitis
 præ dolore cordis, & præ contritione spiritus con-
 labitis.

VERITAS. Ioan. 18. 19. 20. 21. Respondit
 ei Iesus. Ego palam locutus sum mundo, ego semper
 docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudei
 conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quæ me
 interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locu-
 tus sim ipsis: ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

CAPVT XXVI.

Christus alapa ceditur.

FIGVRA. Michæas propheta prædicans ve-
 ra, & mortem Achab vaticinans, à Seebhia
 in maxilla cæditur. 3. Reg. 22. 17. Et ille ait:
 di cunctum Israël dispersum in montibus, quæ omnes
 non habentes pastorem. Et ait Dominus: Non ta-
 bent isti dominum: reuertatur unusquisq; in do-
 mum suam in pace. Vers. 24. Accessit autem So-
 dechias filius Chanaana, & percussit Michæam
 maxillam, & dixit. Me ne ergo dimisi spiritus Do-
 mini, & locutus est tibi?

PRO

PROPHETIAE. Iob. 16. 10. 11. 12. Collegit
 furorem suum in me, & comminans mihi, infremuit
 contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus o-
 culis me intuitus est. Aperuerunt super ora sua,
 & exprobrantes percusserunt maxillam meam, sa-
 tiati sunt pœnis meis. Conclufit me Deus apud ini-
 quum, & manibus impiorum me tradidit. Iob.
 30. 9. 10. vt capit. 22. Isai. 50. 6. 7. Corpus meum
 dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: fa-
 ciem meam non auerti ab increpantibus, & con-
 spuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus:
 ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt
 petram durissimam, & scio quoniam non confundar.
 Thren. 3. 30. Dabit percutienti se maxillam, satu-
 rabitur opprobrijs. Mich. 5. 1. Nunc vastaberis filia
 latronis, obsidionem posuerunt super nos, in virga per-
 cutient maxillam iudicis Israël.

VERITAS. Ioan. 18. 22. 23. Hac autem
 cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit ala-
 pam Iesu, dicens: sic respondes pontifici? Respondit
 ei Iesus: si malè locutus sum, testimonium perhibe
 de malo: si autem benè, quid me cedis? Plura ca-
 pite trigesimo tertio.

CAPVT XXVII.

Petrus negat Christum.

FIGURAE. I. Fratres Ioseph missa eius ve-
 ste tincta sanguine ad patrem, negant eum
 viuere. Genes. 37. 31. 32. Tulerunt autem tuni-
 cam eius & in sanguine hœdis, quem occiderant, tin-
 xerunt.

xerunt mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent, hanc inuenimus, vide utrum tunica filij tui sit an non.

2. Tandem coram ipso Iosepho dicunt eum mortuum. Genes. 42. 32. Duodecim fratres unius patre geniti sumus, vnus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan.

PROPHETIAE. Iob. 19. 14. 15. ut capit. 22. Psal. 101. 9. Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, aduersum me inuenerunt. Isai. 46. 8. Mementote istud, & confundamini, redite prauaricatores ad cor. Ierem. 31. 18. 19. Audiens audiui Ephraim transmigrantes: castigasti me, & eruditus sum, quasi inuenculus in domo matris, & conuertar, quia tu Dominus Deus meus. Thren. 2. 18. 19. Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiae Sion: deduc quasi torrentem lacryma per diem, & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui: consurgelauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. Thren. 4. 1. 2. Quomodo obscuratum est aurum, mutatum est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Filij Sion inclinet & clamate auro primo: quomodo reputati sunt in uasa testium opus manuum figuli? Plura capit. 6. & 7.

VERITAS. Matt. 26. 58. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis: sed

eerdorum. Vers. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. Pe-
 trus vero sedebat foris in atrio; & accessit ad eum
 una ancilla, dicens; & tu cum Iesu Galilaeo eras. At
 ille negavit coram omnibus, dicens: Nescio quid di-
 cis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum altera an-
 cilla, & alii his, qui erant ibi. Et hic erat cum Iesu
 Nazareno. Et iterum negavit cum iuramen-
 to: quia non novi hominem. Et post pusillum acces-
 serunt qui stabant, & dixerunt Petro, verè & tu ex
 illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.
 Tunc coepit detestari, & iurare quia non novisset ho-
 minem. Et continuo gallus cantavit, & recorda-
 tus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, priusquam
 gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras fle-
 vit amare. Similia Marc. 14. 54. Et Vers. 66. 67.
 68. 69. 70. 71. 72. Luc. 22. 55. 56. 57. 58. 59. 60.
 61. 62. Accenso autem igne in medio atrij, & cir-
 cum sedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.
 Quem cum vidisset ancilla quaedam sedentem ad lu-
 men, & eum fuisset intuita, dixit; & hic cum illo e-
 rat. At ille negavit eum, dicens. Mulier, non novi
 illum. Et post pusillum alius videns eam, dixit: &
 tu de illis es Petrus verò ait: O homo, non sum. Et
 intervallo facto quasi horae unius, alius quidam affir-
 mabat, dicens. Verè & hic cum illo erat: nam
 & Galilaeus est. Et ait Petrus. Homo nescio
 quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente can-
 tavit gallus. Et conuersus Dominus respexit Pe-
 trum. Et recordatus est Petrus verbi Domini,
 sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet ter
 me

me negabis. Et egressus foras Petrus flevit amens.
 Ioan. 18. 15. 16. 17. 18. Sequebatur autem Iesum
 Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem
 ille erat notus pontifici, & introiit cum Iesu in atrium
 pontificis. Petrus autem non stabat ad ostium foris. Ex-
 iit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, &
 dixit ostiaria: & introduxit Petrum. Dicit ergo Pe-
 tro ancilla ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis
 hominis istius? Dicit ille: Non sum. Stabant au-
 tem serui, & ministri ad prunas: quia frigerat, &
 calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans
 & calefaciens se: Vers. 25. 26. 27. Erat autem Si-
 mon Petrus stans, & calefaciens se: dixerunt ergo ei.
 Nunquid & tu ex discipulis eius es? negavit ille, &
 dixit: Non sum. Dicit ei unus ex seruis pontificis con-
 gnatus eius, cuius abscidit Petrus auriculam. Non-
 ne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negavit
 Petrus: & statim gallus cantavit.

CAPVT XXVIII.

Contra Christum agitur falsis testimoniis.

FIGURAE. I. Iezabel quæ figura erat syna-
 gogæ, falsis testibus agit contra Naboth. 3.
 Reg. 21. 5. Ingressa est autem ad eum Iezabel uxor
 sua, dixitque ei. Quid est hoc, unde anima tua con-
 stata est? & quare non comedis panem? Vers. 10.
 Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos se-
 dere contra eum: at illi, scilicet ut viri diabolici, do-
 xerunt contra eum testimonium coram multitudine.
 Benedixit Naboth Deum & Regem: quamobrem

aduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus inter-
fecerunt.

2. Duo senes inueterati dierum agunt falso
testimonio contra castam Susannam. Daniel.
13. 36.

PROPHETIAE. Psalm. 16. 8. 9. 10. *A*
resistentibus dextera tua custodi me, ut pupillam o-
suli: sub umbra alarum tuarum protege me,
a facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici me-
animam meam circumdederunt, adipem suum
concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Psal.
11. 1. Saluum me fac Domine, quoniam defecit san-
ctus: quoniam diminuta sunt veritates a filijs homi-
num. Psalm. 21. 13. Circumdederunt me vituli
multi: tauri pingues obsederunt me. Psalm. 26. 11.
12. Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige
me in semita rectam propter inimicos meos Ne tra-
dideris me in animas tribulantium me: quoniam
insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est ini-
quitas sibi. Psalm. 34. 11. Surgentes testes iniqui,
que ignorabam, interrogabant me. Psalm. 37. 13.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanita-
tes; & dolos tota die meditabantur. Psalm. 63. 7.
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes
scrutinio. Psalm. 108. 2. 3. 4. Deus laudem meam
ne tacueris: quia os peccatoris, & os dolosi super me
apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua do-
losa, & sermonibus odij circumdederunt me, & ex-
pugnauerunt me gratis. Pro eo ut me diligerent.
detrabebant mihi: ego autem orabam. Osee. 7. 13.

X

V e o i o

*Facis, quoniam recesserunt à me; vastabuntur, quia
prauaricati sunt in me: & ego redemi eos. & ipse
cui sunt contra me mendacia. Deut. 19. 15. Non sta-
bit testis vnus contra aliquem, quicquid illud pecca-
ri. & facinoris fuerit: sed in ore duorum aut trium
testium stabit omne verbum.*

*VERITAS. Matt. 26. 59. 60. 61. Principes
autem sacerdotum & omne concilium, querebant
falsum testimonium contra Iesum, ut eum mortuar-
derent, & non inuenerunt, cum multi falsi testimo-
cessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes,
& dixerunt: hic dixit, possum destruere templum Dei,
& post triduum readificare illud. Marc. 14. 56. 57. 58. 59. Summi vero sacerdotes, & omne concilium
querebant aduersus Iesum testimonium, ut eum mor-
tu traderent, nec inueniebant. Multi enim testimo-
nium falsum dicebant aduersus eum; & conuenientia
testimonia non erant. Et quidam surgentes, falsum
testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quo-
nam nos audiuimus eum dicentem: ego dissoluam
templum hoc manu factum, & per triduum aliud
non manu factum adificabo. Et non erat conueniens
testimonium illorum. Similia 38. cap.*

CAPVT XXIX.

Tacet Christus ad interrogationem Caipha.

PROPHETIAE. Psal. 37. 13. 14. 15. *Et cum
faciebant qui querebant animam meam: & qui
inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates. &*

dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam
 surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens
 os suum. Et factus sum sicut homo non audiens:
 & non habens in ore suo redargutiones. Psalm. 38.
 2. 3. Dixi custodiam vias meas, ut non delinquam
 in lingua mea. Posui ori meo custodiam, cum confite-
 ster peccator aduersum me. Obmutui, & humi-
 liatus sum, & filii à bonis: & dolor meus renouatus
 est. Mai. 42. 14. Tacui semper, filii, patiens fui, si-
 cut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.
 Ibidem capit. 53. 7. Oblatus est quia ipse voluit, &
 non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem duce-
 tur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, &
 non aperiet os suum. Thren. 3. 63. Sessionem eorum,
 & resurrectionem eorum vide, ego sum psalmus eo-
 rum. Ezech. 3. 25. 26. Et tu fili hominis ecce data
 sunt super te vincula, & ligabunt te in eis: & non egree-
 dieris de medio eorum. Et linguam tuam adharere
 faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obo-
 iurgans: quia domus exasperans est.

VERITAS. Matth. 26. 62. 63. Et sur-
 gens princeps sacerdotum, ait illi. Nihil re-
 spondes ad ea, quae isti aduersum te testificantur?
 Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait
 illi: Adiuro te per Deum viuum, ut di-
 cas nobis si tu es Christus filius D&I.

Similia Marc. 14. 60. 61. Et
 plura vide capi-
 te 38.

Predicit sessionem ad dexteram Patris, & aduentum in nubibus.

FIGVRAE. Vidit Daniel Filium hominis in nubibus caeli venientem, Dan. 7. 13. 14. *aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad medium dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & lingua ipsi seruient: potestas eius, potestas aeterna, qua non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.*

PROPHETIAE. Psalm. 109. 1. *Dixit Dominus Domino meo sede a dextris meis. Zach. 12. 10. Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiae, & precam, & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.*

VERITAS. Matth. 26. 63. 64. *Et princeps sacerdotum ait illi. Adiuuro te per Deum vivum, ut dicas nobis si tu es filius Dei. Dicit illi Iesus. Tu dixisti: verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem a dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus caeli. Similia Marc. 14. 62. 61. 62. Luc. 22. 66. 67. 68. 69. 70. 71. Et ut factus est dies, conuenerunt seniores plebis, & principes sacerdotum, & scribae, & duxerunt eum in tribunal suum, dicentes. Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis: si vobis dixerero non credetis mihi: si autem*

gem & interrogauero non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens a dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes. Tu ergo es Filius Dei? qui ait: vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAPVT XXXI.

Indicatur Christus.

FIGURAE. I. Naboth piissimus nolens relinquere alijs vineam paternam, falsis testibus obrutus, condemnatur. 3. Reg. 21. 1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
 2. Pia Susanna nolens mœchari cum improbis iudicibus innocēter condemnatur. Dan. 13. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41.
 3. Jeremias propheta cū à principibus sacerdotum reus mortis iudicatur, à populo innocens habetur. Jerem. 26. 11. Et locuti sunt sacerdotes & prophetae ad principes, & ad omnem populum, dicentes. Iudicium mortis est viro huic: quia propheta ait aduersus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris. Vers. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & prophetas. Non est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locus est ad nos. Surrexerunt ergo viri de senioribus terre, & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes, Michaa de Morasthi fuit propheta in diebus E-

X 3

Lechte

Ezechie regis Iuda, & ait ad omnem populum Iuda
 dicens: Hec dicit Dominus exercituum: Sion quod
 ager arabitur, & Ierusalem in acernum lapidum
 erit, & mons domus in excelsa sylvarum. Nunc
 morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & om-
 nis Iuda? nunquid non timuerunt Dominum, & in-
 precati sunt faciem Domini: & poenituit Dominus
 mali, quod locutus fuerat aduersus eos? Itaque, nos
 cum malum grande contra animas nostras. Fuit
 quoque vir prophetans in nomine Domini, Vrias
 Semei de Cariathiarim, & prophetauit aduersus
 iniquitatem istam, & aduersus terram hanc iuxta om-
 nia verba Ieremie. Et audiuit rex Ioachim, & om-
 nes potentes, & principes eius verba haec: & quae-
 rit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit
 fugitque, & ingressus est Aegyptum. Et misit rex Io-
 achim viros in Aegyptum, Eleathan filium Achobet,
 & viros cum eo in Aegyptum. Et eduxerunt Vriam
 de Aegypto; & adduxerunt eum ad regem Ioachim,
 & percussit eum gladio, & proiecit cadaver eius in se-
 pulchris vulgi ignobilis. &c.

PROPHECIAE. Ierem. II. 19. Et quae
 si agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, &
 non cognoui, quia cognouerunt super me confilia, di-
 centes. Mutamus lignum in panem eius, & eradi-
 mus eum de terra viuentium, & nomen eius non me-
 moretur amplius. Ibid. cap. 18. 18. Et dixerunt: veni-
 te, & cogitemus contra Ieremiam cogitatione: ma-
 enim peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapien-
 te, nec sermo a propheta: venise, & percussimus ei
 linguam

lingua. & nō attendamus ad uniuersos sermones eius.
 Vers. 23. Tu autem Domine scis omne consilium eo-
 rum aduersum me in mortem, ne propitius iniqui-
 tati eorum, & peccatum eorum a facie tua non de-
 leatur: sicut corruentes in conspectu tuo, in tempore
 furoris abutere eis. Iob 36. 17. Causa tua quasi imo-
 py iudicata est, causam iudiciūq; recipies. Psal. 30.
 13. 14. Obluioni datus sum, tanquam mortuus a cor-
 de. Factus sum tanquam vas perditum: quoniam au-
 diui vituperationē multorum commorantium in cir-
 euiū. Psal. 37. 8. Quoniam lumbi mei impleti sunt iso-
 lu, solumbris; & non est sanitas in carne mea Psal. 85. 14.
 Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga po-
 tentium quaesierunt animam meā: & non proposuerūt
 se in conspectu suo. Psal. 93. 21. Captabunt in animā
 iusti: & sanguinem innocentē condemnabunt. Sap. 2.
 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. Circumueniamus ergo iu-
 stum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est opeo-
 ribus nostris, & improperat nobis peccata legis, & dif-
 famat in nos peccata discipline nostrae. Promittit se
 scientiā Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus
 est nobis in iraductionem cogitationum nostrarum.
 Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam
 dissimilis est alijs vita illius, & immutatae sunt viae
 eius. Tanquam nugaces aestimati sumus ab illo, & abo-
 stinet se a uis nostris tanquam ab immunditijs, &
 preferi nouissima iustorum, & gloriatur patrem se
 habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri
 sint, & tenemus quae uetura sunt illi, & sciemus quae
 orunt nouissima illius. Si enim est uerus filius Dei, suo

X

scipio

scipiet illū, & liberabit eum de manibus contrariū,
 Contumelia & tormēto interrogemus eū, ut sciamus
 reuerentiā eius, & probemus sapientiā illius. Mō
 turpissima condemnemus eū: erit enim ei respellus ex
 sermonibus illius. Isai. 3. 9. 10. Ruit enim Ierusalem, &
 Iudas concidit & lingua eorū & adinventiones eorum
 contra Dominum, ut prouocarent oculos misericordie
 eius. Agnitio vultus eorum respondit eis, & peccatum
 suum quasi Sodoma pradicauerunt, nec desin-
 derunt: *Vae anima eorum, quoniam reddidit eis
 mala.* Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum
 adinventionum suarum comedet. Ibidem cap. 6.
 10. Excaca cor populi huius, & aures eius aggrandi-
 & oculos eius claude: ne fortè videat oculos suos, &
 auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & con-
 uertatur & sanem eum. Quæ verba etiam citantur.
 Matth. 13. 14. 15. Luc. 8. 10. Ioan. 12. 40.
 Actor. 28. 26. Rom. 11. 8. Sicut scriptum est: *De-
 dit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non viderent,
 & aures ut non audiant, usq; in hodiernum diem.*

VERITAS. Matth. 26. 65. 66. Tunc princeps
 sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens. *Blasphemiauit:
 quid adhuc egemus testibus? ecci nunc audistis blasphemiam:
 quid vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt:
 Reus est mortis.* Marc. 14. 63. 64. Summus autem sacerdos
 scindens vestimenta sua, ait. *Quid adhuc desideramus testes?
 Audistis blasphemiam; quid vobis videtur? Quia omnes
 condemnarunt eum esse reum mortis.* Vide plura cap. 49.

CAPVT XXXII.

Summus pontifex scidit vestimenta sua.

FIGVRAE. Et sic prophetizat vt Samuel
 in scissa veste Saulis. 1. Reg. 15. 26. 27. 28. Et ait
 Samuel ad Saul. Non reuertar tecum, quia proiecisti
 sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex
 super Israël, Et conuersus est Samuel vt abiret. Il-
 le autem apprehendit summitatem pallij eius, qua
 & scissa est, Et ait ad eum Samuel. Scidit Dominus
 a te regnum Israël hodie, & tradidit illud proximo
 tuo meliori te. Achias scissione pallij sui in duo-
 decim partes prædicit scissionem regni Salomo-
 nis Ieroboam. 3. Reg. 11. 29. 30. 31. 32.

PROPHETIAE. Agit Caiphas contra
 legem datam. Leu. 21. 10. Pontifex, id est, sacer-
 dos maximus inter fratres suos, super cuius ca-
 pite fustum est unctio oleum, & cuius manus in sa-
 cerdotio consecratae sunt, vestitusq; est sanctis vesti-
 bus, caput suum non discooperiet, vestimenta non
 scindet. Ioël. 2. 13, Et scindite corda vestra, & non
 vestimenta vestra, & conuertimini ad Dominum
 Deum vestrum: quia benignus & misericors est, pa-
 tiens, & multa misericordia, & prestabilis super
 malitia.

VERITAS. Matth. 26. 65. 66. Marc. 14.
 63. 64. vt præcedenti capite trigesimo primo.

CAPVT XXXIII.

*Christum illudatur, facies eius velatur, conspuitur,
 colaphis & alapis ceditur.*

FIGVRAE. I. Fratres Ioseph statim vt ad illos
 Ioseph

Ioseph venit, nudant eum tunica polymita, & illi illudunt. Gen. 37. 18. 19. Qui cum vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt eum occidere: & mutuo loquebantur, ecce somnium eorum. Vers. 23. Confestim igitur ut peruenit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari & polymita.

2. Samson captus & orbatus oculis iubetur ludere coram Philisteis conuiuantibus, in quem sine dubio plurima commata congesta fuerunt. Iud. 16. 21. Quem cum apprehendissent Philistei, statim eruerunt oculos eius, & auxerunt Gazam unam & catenis & clausum in carcere molere fecerunt. Vers. 25. 26. 27. Letantesque per conuiuia, iam epulis, praeceperunt ut vocaretur Samson, & eum iuderet. Qui adductus de carcere iudebat ante eos, feceruntque eum stare inter duas columnas. Quibus puero regenti gressus suos: dimitte me, ut tangam columnas, quibus omnis imminet domus, & reciner super eas, & paululum requiescam. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philistinorum, ac de tecto ac solario circumstria milia viriusque sexus spectantes ludens Samson.

3. Contra Ieremiam varia tentat. Thren. 1. 59. 60. 61. 62. 63. 64. Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me, iudica iudicium meum. Vidisti omnem furorem, uniuersas cogitationes eorum aduersum me: audisti opprobrium eorum Domine, uniuersas cogitationes eorum aduersum me. Labia gentium mibi, & meditationes eorum aduersum me tota die. Sessionem eorum, & resurrectionem eorum

vide. ego sum psalmus eorum. Reddes eis vicem Domine iuxta opera manuum suarum.

4. Michæas vera dicens alapis à Sedechia exditur. 3. Reg. 22. 17.

5. Ezechiel vt portentum faciem velare iubetur. Ezech. 12. 6. Iob. 16. 11. 12. Aperuerunt super me ora sua. & exprobrantes percusserunt maxillam meam satiati sunt pœnis meis. Concluserunt me Deus apud iniquum. & manibus impiorum me tradidit. Iob. 30. 10. Abominantur me, & longe fugiunt à me & faciem meam conspuere non verentur. Psal. 21. 13. 14. Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Psal. 68. 10. Quoniam zelus domus tue comedit me: & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Isai. 50. 6. 7. Corpus meum dedi percipientibus, &c. vt fol. 72. Isai. 53. 5. Ipse autem vulneratus est, &c. vt fol. 73. Ibid. cap. 57. 3. 4. Vos autem accedite huc filij auguraticis semen adulteri & fornicaria. Super quem iurastis super quem dilatastis os & eiecistis linguam? nunquid non vos filij scelesti semen mendax. Ier. 20. 7. Seduxisti me Domine, & seductus sum. fortior me fuisti & inualuisti. factus sum in derisum tota die omnes subsannant me. Thren. 3. 30. Dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobrijs. Thren. 4. 16. Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos, facies sacerdotum non erubuerunt, neq; senum misersi sunt.

VERI-

VERITAS. Matt. 26. 67. 68. *Tunc*
 puerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt,
 alij autem palmas in faciem eius dederunt dicens
 prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?
 Marc. 14. 65. Et cœperunt quidam conspuere eum,
 & velare faciem eius, & colaphis eum cedere dice-
 cere ei: prophetiza, & ministri alapis eum cedebant.
 Luc. 22. 63. 64. 65. Et viri, qui tenebant illum,
 ludabant ei cedentes, & velauerunt eum, & percu-
 siebant faciem eius, & interrogabant eum, dicens
 Prophetiza, quis est qui te percussit? & alij
 blasphemantes dicebant in eum. Plura 28. & 19
 capitibus.

CAPVT XXXIII.

Compasio, dolor, & meror beatissime Mariæ
 quem ea nocte habuit.

PROPHETIAE. Iob. 19. 9. 10. *Spoliavit me*
 gloria mea, & abstulit coronam de capite meo,
 destruxit me undiq; & perego, & quasi cunctis arboribus
 abstulit spem meam. Thren. 1. 3. *Migravit Iherusalem*
 propter afflictionem, & multitudinem sermionum: ha-
 bitauit inter gentes, nec inuenit requiem: omnes per-
 secutores eius apprehenderunt eam inter angustias
 Verf. 12. *O vos omnes, qui transitis per viam attente*
audite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam
vindemiauit me, & locutus est Dominus in die
furoris sui. Thren. 2. 13. *Cui comparabo te,*
cui assimilabo te filia Ierusalem? Cui exaquaret
consolabor te virgo filia Sion? magna est enim

mare contritio tua: quis medebitur tui? Ibid. 3. 15.
 Repleuit me amaritudinibus inebriauit me absyn-
 dho.

VERITAS. Luc. 2. 35. Et tuam ipsius ani-
 mam pertransibit gladius ut reuelentur ex multis
 cordibus cogitationes.

CAPVT XXXV.

Christus vincit ducitur ad Pilatum.

FIGURAE. Filij Iuda duxerunt Samsonem
 iudicem suum ligatum & tradiderunt in ma-
 nus Philisthinorum. Iud. 15. 12. 13. Quibus Samo-
 son, iurate, ait, & spondete mihi quod non occida-
 tis me. Dixerunt: Non te occidemus, sed vincituna
 trademus, ligaueruntq; eum duobus nonis funibus
 & tulerunt eum de petra Etam. Figuræ alia &
 prophetiæ eadem quæ cap. 24.

VERITAS. Matth. 27. 1. 2. Mane autem
 facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum
 & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti tra-
 derent. Et vincitum adduxerunt eum, & tradide-
 runt Pontio Pilato prasidi. Similia Marc. 15. 1. &
 Luc. 23. 1. Ioan. 18. 28. Adducunt ergo Iesum ad
 Caipha in pratorium. Erat autem mane, &
 ipsi non introierunt in pratorium ut
 non contaminarentur, sed
 ut manducarent
 Pascha.

CAPVT

Iudas laqueo se suspendit & crepat medius procellis
prius in templum 30. denariis.

FIGVRA. Fratres Ioseph vendiderunt illum,
& vt alij habent viginti argenteis. Gen. 37. 28.
Et prateruentibus Madianitis negociatoribus, ex-
trahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ima-
ritis viginti argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum.

PROPHETIAE. Psal. 19. 16. Exaltabit
salutari tuo: infixa sunt gentes in interitus, quem reco-
runt, in laqueo isto, quem absconderunt comprehen-
est pes eorum. Psal. 10. 6. 7. Dominus interrogat
stium & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit
animam suam, pluet super peccatores laqueus: ignis
sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.
Psal. 34. 8. Veniat illi laqueus quem ignorat & ca-
ptio quam abscondit, apprehendat eum: & in laqueo
cadat in idipsam. Psal. 68. 23. 24. 25. 26. 27. 28.
29. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in
retributiones & in scandalum, obscurentur oculi eor-
rum ne videant & dorsum eorum semper inuerna. Ef-
funde super eos iram tuam: & furor irae tuae compre-
hendat eos. Fiat habitatio eorum deserta: & in desertis
naculis eorum non sit qui inhabitet: quoniam quem
tu percussisti, persecuti sunt & super dolorem volu-
rum meorum addiderunt. Appone iniquitatem
super iniquitatem eorum & non intrent in iustitiam
tuam. Deleantur de libro viuentium & cum ius-
tis non scribantur. Psalm. 108. vbi ponuntur
30. m.

30. maledictiones Iudæ. Vers. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. Osee 5. 1. *Audite hoc*
sacerdotes & attendite domus Israël. & domus regis
auscultate: quia vobis iudicium est; quoniam la-
queus factus estis speculationi, & rete expansum su-
per Thabor. Amos. 2. 6. Hec dicit Dominus su-
per tribus sceleribus Israël & super quatuor nom-
comertam eam: pro eo quod vendiderit pro argento
iustum, & pauperem pro calceamentis. Zach. 11.
12. 13. Et dixit ad eos si bonum est in oculis vestris,
offerre mercedem meam: & si non quiescite, & ap-
penderunt mercedem meam triginta argenteos. Et
dixit Dominus ad me proice illud ad statuarium
decorum pretium, quo appretiatu sum ab eis, & tu-
li argenteos: & proieci illos in domum Domini ad
statuarium.

VERITAS. Matth. 27. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
 9. 10. *Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod*
damnatus esset, penitentia ductus, retulit tri-
ginta argenteos principibus sacerdotum & seniori-
bis, dicens. Peccavi, tradens sanguinem iustum.
At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.
Et proiectis argenteis in templo, recessit: &
abiens laqueo se suspendit. Principes autem
sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non
licet eos mittere in carbonem, quia pretium
sanguinis est. Consilio autem inuito emerunt ex
illis agrum figuli, in sepulchram peregrinorum,
propter hoc vocatus est ager ille Haceldema.
hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.

Tunc

Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appetiati, quem appetiauerunt filij Israel: & dederunt eos in agrum siguli, sicut constituit mihi Dominus. Actor. 1. 16. 17. 18. 19. 20. Viri fratres oportet impleri scripturam quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iuda qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum, qui numeratus erat in nobis & sortitus est sortem mortis huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & discesserunt omnia viscera eius, & notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager ille, lingua eorum Haceldema, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est enim de libro psalmodum: sicut commemoratio eorum deserta & non sit qui inhabitet in eis. & episcopatum eius accipiat alter. 1. Thim. 6. 9. Nam qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum Diaboli, & desideria multa concupiscunt, & nocua quae mergunt homines ad interitum & perditionem.

CAPVT XXXVII.

Pretio triginta argenteorum emitur ager à sacerdotibus.

FIGVRAE. Ieremias emit agrum ab Hananiah meel qui scribitur in libro & signatur. Ier. 32. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

PROPHETIA. Psalm. 61. 5. Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cuncti in siti: ore suo benedicebant & corde suo maledicebant.

VERITAS. Matt. 27. 7. 8. 9. 10. vt præcedenti capite. Actor. 1. 18. 19. vt eodem cap.

CAPVT XXXVIII.

Christus apud Pilatum accusatur.

FIGVRA. Daniel accusatur apud Darium & tandem innocens condemnatur ad lacum leonum. Dan. 6. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

PROPHETIAE. Psalm. 14. 3. *Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* Psalm. 56. 5. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio captulorum leonum, dormivi conturbatus, filij hominum dentes eorum, arma & sagitta & lingua eorum gladius acutus.* Psalm. 63. 4. *Quia exacerunt verum gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* Psalm. 108. 2. *Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.* Psalm. 139. 2. 3. 4. *Eripe me Domine ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde tota die constituebant praelia. Acceperunt linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum.* Ezech. 16. 48. *Vino ego dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma soror tua, & filia eius, sicut fecisti tu & filia tua.* Osee. 7. 13. *Vae eis, quoniam recesserunt a me: vastabuntur, qui prauaricati sunt in me: & ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra me mendacia.*

T

VF

VERITAS. Matth. 27. 2. *Et vinculatū duxerunt eum & tradiderunt Pontio Pilato praefecto.* Luc. 23. 1. 2. *Et surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tribuere cesari, & dicentem, se Christum regem esse.* Ioan. 18. 29. 30. 31. 32. *Exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit. Quam accusationem affertis aduersus hunc? Responderunt & dixerunt ei: Non scit. Respondit hic malefactor non tibi tradidissimus eum. Dicit ergo eis Pilatus: accipite eum vos & secundum legem vestram iudicate eum, dixerunt ergo Iudei. Nobis non licet interficere quemquam, ut sermo Iosephi pleretur quem dixit, significans quia mortuus esset moriturus.*

CAPVT XXXIX.

Christus fatetur se regem & ad testandam veritatem venisse, tacet ad conuitia Iudeorum & ad interrogationem Pilati.

FIGURA. *Quærent fratres à Iosephum regem illorum erit. Genes. 37. 7. 8. Putabam nos ligare manipulos in agro & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Nunquid rex noster eris? aut subiciemus tibi rationem? Hec ergo causa somniorum atque sermorum, inuidia & odij vomitem ministrant.*

PROPHETIA. Psalm. 2. 6. *Ego autem*

constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, predicans preceptum eius. Psalm. 84.

II. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculata sunt. Alia vt capite vigesimo nono.

VERITAS. Matth. 27. II. 12. 13. 14. Iesus autem stetit ante praesidem & interrogauit eum praesides dicens: Tu es rex Iudaorum? Dicit illi Iesus, tu dicis. Et cum accusaretur a pontificibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei vllum verbum, ita vt miraretur praeses vehementer. Marc. 15. 2. 3. 4. 5. Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudaorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens. Non respondes quidquam? Vide inquantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. Luc. 23. 3. 4. Pilatus autem interrogauit eum, dicens. Tu es rex Iudaorum? At ille respondens ait: Tu dicis; ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, nihil inuenio cause in homine. Ioan. 18. 33. 34. 35. 36. 37. 38. Introiit ergo iterum in pratorium Pilatus, & vocauit Iesum & dixit ei: Tu es Rex Iudaorum? Respondit Iesus: A temeripso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus. Nunquid ego Iudaeus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti?

fecisti? Respondit Iesus: regnum meum non est de hoc mundo, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudais: nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus: ergo rex es tu? Respondit Iesus, tu dicis, quia rex sum ego, ego in hoc mundo sum, & ad hoc veni in mundum ut testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam: Dicit ei Pilatus: quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudaeos, & dicit eis: ego nullam inuenio in eo causam.

CAPVT XL.

Christus à Pilato mittitur ad Herodem, ibidem nihil locutus, et irrisus alba veste remittitur ad Pilatum.

FIGVRAE. I. Dauid apud Achis regem Geth fugiens Saulem immutat vultum, & dicitur furere. 1. Reg. 21. 10. 11. 12. 13. 14. 15.

2. Filius prophetae missus ab Elifao ad regendum Iehu in regem Israëli à socijs Iehu in sanus habitus est. 4. Reg. 9. 11. 12. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui, qui dixerunt ei: Reuertere sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? Qui ait eis: nostis hominem, & quid locutus sit? At illi responderunt. Falsum est sed magis narra nobis. Qui ait eis hac & hac locutus est mihi, & ait: Et dicit Dominus vnxi te regem super Israëli.

3. Rogant principes Sedechiam vt occideretur Ieremias, quasi non quærat pacem populo sed malum. Ierem. 38. 4. Et dixerunt principes

regi: Rogamus ut occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hac? siquidem homo iste non querit pacem populo huic sed malum.

4. Vulpium Samsonis caudæ colligatæ. Iudic. 15. 4. vt iam Pilati & Herodis animus

PROPHE TIAE. Psalm. 2. 2. 3. Astiterunt reges terra & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Dirumpamus vincula eorum: & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Plura superioribus capitibus.

VERITAS. Luc. 23. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. At illi inualescebant, dicentes. Commouit populum docens, per vniuersam Iudeam, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat ipsis diebus: Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde, erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri: interrogabat autem eum multis sermonibus: at ipse nihil illi respondebat. Stabant autem principes sacerdotum & scribe constanter accusantes eum, spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die, nam antea inimici erant ad inuicem. Pilatus autem conuocatis principibus

sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos: obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis, sed neq³ Herodes, nam remisit ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est in

CAPVT XLI.

Barabbas latro praefertur Christo Domino
& dimittitur.

FIGVRAE. 1. Adam & Eua eligunt magis mortem quam vitam. Genes. 2. 17. *Ex omni ligno paradysi comede: de ligno autem scientia boni & mali ne comedas. In quocumq³ enim die comederis ex eo, morte morieris. Quo mandato spreto, comedunt de ligno prohibito, & diabolus praefertur Deo. Ibid. cap. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7.*

2. Leprosus lepra mundatus duos pasce- res offert, quorum alter immolatur, alter dimittitur liber. Leuit. 14. 4. 5. 6. 7.

3. Sententia mortis fertur in Ieremias prophetam. Ierem. 26. 11. 12. 13.

PROPHETIAE. Psalm. 13. 3. 4. 5. *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq³ ad unum sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebunt venenum aspidum sub labijs eorum. Quorum es maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritus est*

infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum. Psal. 117. 22. Lapidem quem reprobauerunt adificantes: hic factus est in caput anguli. Similia Matth. 21. 42. Marc. 12. 10. Luc. 20. 17. Actor. 4. 11. 1. Petr. 2. 7. Prouerb. 21. 18. Pro iusto dabitur impius & pro rectis iniquus. Isai. 1. 2. 3. 4. Audite cali & auribus percipe terra quoniam Dominus locutus est, filios enutriui & exaltavi: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum & asinus praesepe Domini sui: Israël autem me non cognouit, & populus meus non intellexit, ve genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israël, abalienati sunt retrorsum. Ibidem capit. 53. 2. Ideo dissipetiam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Hier. 2. 12. 13. 14. Obstupescite cali super hoc, & porta eius desolamini vehementer dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquae viuae & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Nunquid seruus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in pradam? Ibidem capit. 8. 3. Et eligent magis mortem quam vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis quae derelictae

derelicta sunt, ad qua eieci eos dicit Dominus exercituum. Capit. 12. 7. 8. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam, dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylua, deduxit me vocem, ideo odiui eam. Osee. 3. 1. Et dixit Dominus ad me: adhuc vade & dilige mulierem dilectam amico & adulteram, sicut diligit Dominus filios Israël, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Mich. 6. 2. 3. 4. 5. Audivunt montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terra: quia iudicium Domini cum populo suo & cum Israël diiudicabitur. Popule meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi: Quia eduxi te de terra Egypti & de domo servitutis liberavi te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam, popule meus memento quæso quid cogitaverit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim ^{vsq;} ad Galgalam, ut cognosceres iustitias Domini.

VERITAS. Matth. 27. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Per diem autem solemnem confuevit præses populo dimittere vnum vincitum quem voluissent, habebat autem tunc vincitum insignem qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, quem vultis dimittam vobis Barabbam an Iesum qui dicitur Christus, sciebat enim quod per iudicium diu tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & respice illi, multa enim passa sum hodie, per visum proprium

eum. Principes autem sacerdotum, & seniores per-
 suaserunt populo, ut peterent Barabbam, Iesum ve-
 ro perderent. Respondens autem praeses, ait illis :
 Quem vultis vobis de duobus dimitti, at illi dixe-
 runt : Barabbam. Dicit illis Pilatus . quid igitur
 faciam de Iesu, qui dicitur Christus ? Dicunt omnes :
 crucifigatur. Ait illis praeses : quid enim mali fecit ?
 At illi magis clamabant, dicentes : crucifigatur. Si-
 milia Marc. 15. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. Et Luc.
 23. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.
 Ioan. 18. 39. 40. Est autem consuetudo vobis ut v-
 num dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam
 vobis regem Iudaorum ? Clamauerunt ergo rursum
 omnes dicentes : Non hunc sed Barabbam, erat au-
 tem Barabbas latro.

CAPVT XLII.

Christus exiit, ligatur, flagellatur.

FIGURAE. I. Ioseph antequam mittatur in
 cisternam veterem in qua non est aqua, ex-
 iit à fratribus veste polymita. Genes. 37. 23.
 Confestim igitur ut peruenit ad fratres suos, nuda-
 uerunt eum tunica talari & polymita.

2. Hieremias verberibus afficitur. Ierem.
 20. 2. Et percussit Phassur Ieremiam prophetam, &
 misit eum in neruum, quod erat in porta Benjamin
 superiori, in domo Domini.

3. Eleazarus cum à morte potuerat libe-
 rari, plagas tamen, & duros corporis dolores
 sustinuit. 2. Mach. 6. 30. 31. Iob. 16. 14. 15. Cir-
 cumde-

cum dedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos,
non peperci & effudi in terra viscera mea. Confir-
dit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi
gigas. Ibidem capit. 19. 6. Saltem nunc intelli-
ge quia Deus non aequo iudicio afflixerit me, & flagel-
lis suis me cinxerit

PROPHETIAE. Psalm. 34. 15. 16. Et ad-
uersum me letati sunt, & conuenerunt. Congrega-
ta sunt super me flagella, & ignorauit. Dissipati sunt
nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me
subsannatione frenduerunt super me denique sui.
Psalm. 37. 18. Quoniam ego in flagella paratus
sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Psalm.
68. 5. Multiplicati sunt super capillis capitis
mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui
persecuti sunt me inimici mei iniuste: quae non re-
pui tunc exolvebam. Psalm. 72. 14. Et super flagella
latus tota die, & castigatio mea in matutinis. Psal.
108. 3. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, &
sermonibus odij circumdederunt me: & expu-
gnauerunt me gratis. Isai. 1. 6. A planta pedis
usque ad verticem non est in eo sanitas. Vulnus & laceratio
uor, & plaga tumens, non est circumligata, nec con-
uata medicamine, neque fota oleo. Ibidem capit.
50. 6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas
meas vellentibus: faciem meam non auerti ab
increpantibus, & conspuentibus in me. Huc
spectat cap. 53. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Matth. 20. 19.
Et tradens eum gentibus ad illudendum, flagel-
landum & crucifigendum, & tertia die resurget. V.

VERITAS. Matth. 27. 26. 27. Tunc dimisit illis Barabbam : Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites presidis suscipientes Iesum in pretorium. Congregauerunt ad eum uniuersam cohortem. Marc. 15. 15. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis casum, ut crucifigeretur. Luc. 22. 13. 14. 15. 16. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem, & ecce ego coram uobis interrogans, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis, sed neq; Herodes : nam remisi uos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Vers. 23. 23. 24. 25. Ille autem tertio dixit ad illos : Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo : Corripiam ergo illum & dimittam. At illi instabant uocibus magnis postulantes ut crucifigeretur : & inualecebant uoces eorum, & Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant. Iesum uero tradidit uoluntati eorum.

Ioan. 19. 1. Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.

Christus chlamyde coccinea circumdatur.

FIG'V'RAE. I. Zaram frater Phares natus. al' ligato filo coccineo. Genes. 38. 27. 28. *In facere autem partu, apparuerunt gemini in utero: un' in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: iste egredietur prior.*

2. Iudas lauit stolam in vino & pallium in sanguine vuz. Genes. 49. 11. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & sanguine vine pallium suum.*

3. Raab dat exploratoribus signum redemptionis filum coccineum. Ios. 2. 18.

4. Vestes summi sacerdotis inter cetera erant ex bysso & purpura coccoq; distincto, & pilis caprarum. Exod. 25. 4.

5. Hæc vestis chlamis erat militaris, purpura regia quæ promissa Danieli interpretanti somnia, à Baltasare. Dan. 5. 16. *Porro ego auidi de te, quod possis obscura interpretari & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & iertius in regno meo princeps eris. Missa Ionathæ purpura ab Alexandro Antiochi filio. 1. Mach. 10. 20. Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, & ut amicus voceris regis, (& missa ei pur-*

ei purpuram & coronam auream) & que nostra sunt sentias nobiscum & conserues amicitiam ad nos. Vide & capit. 11. 58. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream. Ibidem capit. 14. 43. Et cura sit illi de sanctis: & ut audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine eius omnes conscriptiones, in regione, & ut operiatur purpura & auro. Vers. 45. Qui autem fecerit extra haec, ausus irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Induetur autem Christus postea à patre cœlesti, vt Mardochæus veste regia Esther. 6. 8. vbi Mardochæus debuit indui vestibus regijs & imponi super eum qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & vt Ioseph byssina stola regis Pharaonis. Gen. 41. 42. Tulit etiam annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius, vestiuitque eum stola byssina, & collo torquem aureum circumposuit.

6. Vestis verbi Dei aspersa fuit sanguine. Apocal. 19. 13. 14 15. 16. Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui sunt in calo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus: vt in ipso percutiat gentes & ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcatur torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet in vestimento, & in femore suo scriptum: Rex regum & Dominus dominantium.

PROPHETIAE. Prouerb. 31. 22. Stragula-

lam

tam vestem fecit sibi: byssus & purpura indumentum eius. Isai. 1. 18. Et venite arguite me, dicit Dominus si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Ibidem cap. 53. 2. 3. 4. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? Et ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra siccus: non est species ei, neque decor, & vidimus eum & non erat aspectus, & desiderauimus eum. Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scelerem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius & despectus, unde non reputauimus eum, vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & nos putauimus eum quasi leprosum & percussum à Deo & humiliatum.

VERITAS. Matth. 27. 28. Et exuerunt eum chlamydem coccineam circumdederunt. Marci 15. 17. Et induunt eum purpura & imponunt eum plectentes spineam coronam. Ioan. 19. 5. (Exiit ergo Iesus portans coronam spineam & purpureum vestimentum) & dicit eis. Ecce homo.

CAPVT XLIII.

Christus spinis coronatur & arundine percutitur.

FIGURAE. I. Videt Abraham arietem inter vepres hærentem pro filio immolandum. Genes. 22. 13. Leuaui Abraham oculos suos viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. 2. Iacob

2. Iacob transiit Iordanem in baculo. Gen.

32. 10. *Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo: in baculo meo transiit Iordanem istum & nunc cum duabus turmis regredior.*

3. Filij Irael comedentes agnum paschalem habent baculos in manibus. Exod. 12. 11.

4. Virga in manibus Moyfi, quæ Aegyptijs ex malis Iudæis vertitur in colubrum. Exod. 4.

3. *Dixitq; Dominus proice eam in terram, proiecit, & versa est in colubram, ita ut sugeret Moyfes.* Et bonos ducit per mare rubrum. Exod.

14. 16. *Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: ut gradientur filij Irael in medio mari per siccum.*

PROPHETIAE. Psalm. 22. 4. *Nam & si ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es, virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.* Psalm. 31. 4. *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.* Psal. 44. 7. *Sedes tua Deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.* Psal. 102. 4. *Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.* Cant. 2. 2. *Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias.* Cant. 3.

11. *Egredimini & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitiae cordis eius* Eccli. 28. 28. *Sepi*

aures tuas spinis, linguam nequam noli audiri, & oritur facito ostia & seras. *Isai. 28. 5. 6.* In die illa erit Dominus exercituum corona gloria & sermulationis residuo populi sui, & spiritus iudicij sedenti super iudicium, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. *Isai. 62. 3.* Et eris corona gemmarum manu Domini, & diadema regni in manu Domini. *Osee. 2. 6.* Propter hoc ecce ego sepiam viam manuum spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non ueniet. *Mich. 5. 1.* Nunc vastaberis filia lerusalem: obsidionem posuerunt super nos, in virga percussit maxillam iudicis Israël.

VERITAS. *Matth. 27. 29.* Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. *Marc. 15. 17.* Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spinam coronam. *Ioan. 19. 2.* Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum.

CAPVT XLV.

Varijs modis Christus illuditur in domo Pilati.

FIGVRA. Dauid fugiens Absolonem cum tristis discalceatus operto capite incederet à Semei multis iniurijs afficitur. *2. Reg. 16. 5. 6. 7. 8.* Venit ergo rex Dauid usq; Bathurim, & egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul nomine Semei filius Gera, procedebatq; egrediens, & maledicebat, mittebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus

populus, & uniuersi bellatores à dextro & à sinistro
laterere regis incedebant. Ita autem loquebatur Seo
mei cum malediceret regi: Egredere, egredere vir
sanguinum, & vir Belial, reddidit tibi Dominus ve
niuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuas
sisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in ma
nu Absalon filij tui: & ecce premunt te mala tua,
quoniam vir sanguinum es.

PROPHETIAE. Isai. 50. 7. Dominus Deus
auxiliator meus, ideo non sum confusus, ideo posui
faciem meam ut petram durissimam, & scio quo
niam non confundar. Ierem. 20. 7. Seduxisti me
Domine & seductus sum, feruor me fuisi, & inualui
sti: factus sum in derisum, tota die omnes subsannant
me. Quia iam olim loquor vociferans iniquitatem
& vastitatem clamito, & factus est mihi sermo Do
mini in opprobrium & in derisum tota die. Ezech. 3.
9. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam, ne
timeas eos, neq; metuas à facie eorum: quia domus
exasperans est.

VERITAS. Matth. 27. 27. 28. 29. 30. 31.
Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in praeo
rium, congregauerunt ad eum uniuersam cohortem:
& exuentes eum, chlamydem coccineam circumde
derunt ei: & plectentes coronam de spinis posuerunt
super caput eius, & arundinem in dexterâ eius. Es
genus flexo ante eum illudebant ei, dicentes: Aue
rex Iudaorum. Et expuentes in eum acceperunt
arundinem & percutiebant caput eius. Et post
quam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde & in
duerunt

Z

duerunt

duerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum et
crucifigerent. Similia Marc. 15. 16. 17. 18. 19. 20.
Et Ioan. 19. 2. 3.

CAPVT XLVI.

De Chrissi ad populum productione & ditto,
Ecce homo.

FIGVRAE. 1. Fratres Ioseph sanguine hedi
infectam tunicam mittunt patri, querentes
vt videat an tunica filij sit, qui scissis vestibus in-
dutus est cilicio, lugens filium suum longore
pore. Genes. 37. 31. 32. 33. 34. Tulerunt autem
tunicam eius & in sanguine hedi quem uiderant,
tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem & dice-
rent, hanc inuenimus: vide utrum tunica filij
tui sit an non. Quam cum cognouisset, pater
Tunica filij mei est, fera pessima comedit eum, & de-
stia deuorauit Ioseph, scissisq; vestibus, manus est
cilicio, lugens filium suum multo tempore.

2. Facies & vultus Onia summi sacerdotis
immutatus in sacrilegio Heliodori. 2. Mach.
3. 16. Iam verò qui videbat summi sacerdotis vultu-
rum, mente vulnerabatur: facies enim & color
immutatus declarabat internum animi dolorem.

PROPHETIAE. Psalm. 21. 7. Ego autem
sum vermis, & non homo, opprobrium hominum,
abiectiono plebis. Psalm. 30. 12. 13. Super omnes
micos meos factus sum opprobrium vicinis meis
de: & timor notis meis. Qui videbant me, fugerunt
à me: obliuioni datus sum tanquam mortuus.

corde. Psalm. 77. 8. Ne fiant sicut patres eorum: generatio prava & exasperans. Cant. 3. 11. Egredimini & videte filia Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die letitiae cordis eius. Mai. 1. 6. A plantae pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Mai. 53. 2. 3. Et ascendet sicut virgultum coram eos, & sicut radix de terra siccanti: non est species ei, neque decor & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum. Despectum & novissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem: & quasi absconditus vultus eius, & despectus, unde nec reputavimus eum. Ier. 2. 12. 13. Obstuspe scute cali super hoc, & porta eius desolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquae viva, & forderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas. Ibid. cap. 5. 11. Pravaricatione enim pravaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. Capit. 12. 7. 8. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu inimicorum eius, facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva: dedit contra me vocem, ideo odiui eam. Thren. 1. 12. O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemiauit me, ut locutus est Dominus in die furoris sui.

VERITAS. LUC. 2. 34. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum in Israel,

& in signum cui contradicetur. Ioan. 19. 4. 5. 6.
 7. 8. 9. 10. 11. 12. Exiit ergo iterum Pilatus foras
 dicit eis, ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatur
 quia nullam inuenio in eo causam. (Exiit ergo Ie-
 sus portans coronam spineam & purpureum vesti-
 mentum.) Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo dis-
 sissent eum Pontifices & ministri, clamabant dicen-
 tes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, ac-
 cipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio
 in eo causam. Responderunt ei Iudaei: Nos legem
 habemus & secundum legem debet mori, quia Filium
 Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermo-
 nem magis timuit. Et ingressus est praetorium ue-
 rum: & dixit ad Iesum: unde es tu? Iesus autem
 responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: ubi no-
 loqueris, nescis quia potestatem habeo crucifigere te, &
 potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus: Non ha-
 beres potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datus esset
 de super. Propterea qui me tradidit tibi manus pecca-
 tum habet, & exinde querebat Pilatus dimittere eum.
 Iudaei autem clamabant, dicentes: Si hunc dimiseris,
 non es amicus Caesaris, omnis enim qui se regem fa-
 cit, contradicitur Caesari.

CAPVT XLVII.

De iterata Christi ad populum productione, & mortis eius
 à Iudaeis petitione. Et dicto, Ecce rex vester.

FIGURAE. I. Furor Simeonis & Leui
 benedictus. Genes. 49. 5. 6. 7. vt fol. 267.
 2. Daniele à Satrapis per inuidiam acc.

fatum Rex Darius cupit liberare, obstrepentibus satrapis & clamantibus illum ut negligentem legum persicarum damnatum iri. Dan. 6. 13. 14. 15. 16.

3. Ioseph cum retulisset somnium de sui adoratione patitur repulsam à fratribus dicentibus: nunquid rex noster eris? Genes. 37. 7. 8. Putabam nos ligare manipulos in agro, & quasi consergere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius: Nunquid rex noster eris? aut subiicemur ditioni tua? Hac ergo causa somniorum atque sermonum, inuidia & ody fomitem ministravit.

4. Filij Belial dixerunt de Saule, an illos rex ille saluare posset. 1. Reg. 10. 26. 27. Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus quorum tetigerat Deus corda. Filij vero Belial dixerunt. Num saluare nos poterit iste? & despexerunt eum, & non attulerunt ei munera: ille vero dissimulabat se audire.

PROPHETIAE. Psalm. 13. 3. Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Sepulchrum patens est guttur eorum: Linguis suis dolose agebant, venenum aspidum sub labijs eorum. Psalm. 56. 5. Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormivi conturbatus: Filij hominum dentes eorum arma & sagitta: & lingua eorum gladius acutus.

VERITAS. Matth. 27. 19. 20. 21. 22. 23.

Z 3

vt supra

vt suprà cap. 41. Luc. 23. 20. 21. 22. 23. Item
 autem Pilatus locutus est ad eos volens dimittere
 Iesum. At illi succlamabant dicentes, crucifige
 crucifige eum: Ille autem tertio dixit ad illos
 Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis
 inuenio in illo: Corripiam ergo illum, & remi-
 tiam. At illi instabant vocibus magnis, pugn-
 lantes vt crucifigeretur, & inualecebant voces
 eorum. Ioan. 19. 13. 14. 15. Pilatus autem cum
 dissest hos sermones adduxit foras Iesum: & sedit
 pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotum, He-
 braicè autem Gabbatha. Erat autem parasceue
 Pascha, hora quasi sexta: & dicit Iudeis, ecce
 rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle cruci-
 cifige eum. Dicit ei Pilatus, regem vestrum cruci-
 cifigam? Responderunt Pontifices. Non habemus
 regem nisi Casarem.

CAPVT XLVIII.

Sanguinem Christi si per se petunt
 di Iudæi.

FIGVRAE. I. Vox sanguinis Abel clamat
 ad Deum de terra. Genes. 4. 10. 11. 12. Di-
 xitq; ad eum: Quid fecisti? vox sanguinis fratris
 tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledi-
 ctus eris super terram, quæ aperuit os suum, & sus-
 cepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum
 peratus fueris eam, non dabis tibi fructus suos: ve-
 nus & profugus eris super terram.

2. Sanguis Naboth exposcit sanguinem
 Achab quæ canes lambunt. 3. Reg. 21. 19. Et euen-
 tiones

tionem totius domus Achab. Vers. 20. 21. 22
 Et interitum Iezabel. Vers. 23. 24. 25 Capit. 22.
 38. *Ei lauerunt currum eius (Achab scilicet) in
 piscina Samaria, & linnerunt canes sanguinem eius,
 & habenas lauerunt, iuxta verbum Domini quod
 locutus fuerat. De interitu verò Iezabel. 4. Reg 9.
 32. 33. 34. 35. 36. 37. Ibid. cap. 10. 7. 8. 9. 10. 11. 12.
 13. 14. (umq; venissent littera ad eos tulerunt filios
 regis, & occiderunt septuaginta viros, & posue-
 runt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in
 Iezabel, venit autem nuncius, & indicauit ei dicens.
 Attulerunt capita filiorum regis, &c. Et hæc om-
 nia propter innocentem etiam sanguinem Na-
 both effusum ab Achab.*

3. Sanguis Ioseph exquiritur teste Ruben.
 Genes. 42. 22. *E quibus vnus Ruben ait : Nun-
 quid non dixi vobis : Nolite peccare in puerum : &
 non audistis me ? en sanguis eius exquiritur.*

PROPHETIAE. Gen. 9. 4. 5. 6. *Exceptio quod
 carnè cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim
 animarum vestrarum requiram de manu cuncta-
 rum bestiarum : & de manu hominis, de manu vis-
 ri, & fratris eius requiram animam hominis. Qui-
 cunq; effuderit humanum sanguinem, fundetur
 sanguis illius : ad imaginem quippe DEI fa-
 ctus est homo. Psalm. 16. 14. Domine à paucis de
 terra diuide eos in vita eorum : de absconditis tuis
 adimpletus est venter eorum. Saturati sunt fi-
 lly : & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
 Psalm. 29. 10. Que utilitas in sanguine meo dum
 Z 4 descendo*

descendo in corruptionem? Psalm. 78. 10. Ne irascantur gentes: ubi est Deus eorum? & irascatur in nationibus coram oculis nostris, utas sanguinis seruatorum tuorum qui effusus est, &c. Psal. 15. Et cum extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis: & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestrae sanguine plene sunt. Ibidem capit. 26. 21. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terra contra eum: & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos. Ierem. 6. 26. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum unigeniti facies plandum amarum: quia repente veniet visitor super vos. Thren. 4. 13. 14. Propter peccata prophetarum eius, & iniquitatem sacerdotum eius, qui confuderunt in medio eius sanguinem iustorum. Errauerunt caeci in plateis. polluti sunt in sanguine: cum quae non possent, tenuerunt lacinias suas. Osee. 5. 1. Audite hoc sacerdotes. & attendite domus Israel: & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est. quoniam laqueus facti estis speculationi, & reus expansum super Thabor. Nahum. 3. 1. 2. 3. Ve cunctas sanguinum, uniuersa mendaciy dilaceratione plena: non recedet a te rapina, vox flagelli, & vox imperii rotae, & equi frementis, & quadriga feruentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastae, & multitudinis interfectae, & grauis ruinae: nec est finis cadaverum, & corrumpent in corporibus suis.

VERITAS. Matt. 27. 24. 25. *Videns autē Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniversus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

CAPVT XLIX.

Christus innocens damnatur ad mortem.

FIGVRAE. I. Naboth innocens à principibus Iezrahel iussu impiæ Iezabelis iniquè damnatur ad mortem. 3. Reg. 21. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. vt 31. capit.

2. Sic Sulanna & Ieremias, vt eodem capite 31.

3. Ministri iustitiæ non rectè iudicant. Sapient. 6. 5. *Quoniam cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis nec custodistis legem iustitiæ, neq; secundum voluntatem Dei ambulastis. Neq; abiicitur Samuel sed Dominus. 1. Reg. 8. 7. Dixit autem Dominus ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus que loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me ne regnem super eos.*

4. Non sequenda turba ad faciendum malum. Exod. 23. 2. *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio plurimorum acquiesces sententia, vt à vero denies.*

PROPHETIAE. Iob. 34. 5. 6. *Quia dixit Iob, iustus sum & Deus subuertit iudicium meum: in iudican-*

dicando enim me, mendacium est violenta
 gutta mea absq; vlllo peccato. Iob. 36. 17. Causata
 quasi impij iudicata est causam iudiciumq; recipit.
 Psalm. 17. 44. 45. 46. Eripies me de contradi-
 ctionibus populi: Constitues me in caput Gentium,
 Populus quem non cognoui, seruitur mihi, in aditu
 auris obediuit mihi. Filij alieni mentiri sunt mihi,
 filij alienati inueterati sunt, & claudicauerunt a
 semitis suis. Psalm. 88. 23. 24. 25. Nihil proficit
 inimicus in eo, & filius iniquitatis non potest
 nocere ei & concidam a facie ipsius inimicos eius:
 & odientes eum in fugam conuertam. Et veritas
 mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine
 meo: &c. Psalm. 93. 21. Captabunt in animam
 iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.
 Sapient. 2. 20. Morte turpissima condemnatus
 eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius.
 Isai 50. 2 3. Quia veni, & non erat vir: vocanti,
 & non erat qui audiret: nunquid abbreviata & par-
 uula facta est manus mea ut non possim redimere?
 aut non est in me virtus ad liberandum? Ecce in in-
 crepatione mea desertum faciam mare, ponam su-
 mina in siccum: compatrescent pisces sine aqua, &
 morientur in siti: induam celos tenebris, & in-
 cum ponam operimentum eorum. Isai. 57. 1. Insuper
 perit, & non est qui recogitet in corde suo: & vi-
 ri misericordia colliguntur, quia non est qui inteli-
 ligat, a facie enim malitia collectus est iustus. Isai.
 63. 9. 10. In omni tribulatione eorum non est tri-
 bulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dile-
 ctione

Etione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi, ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Ierem. 5. 30. 31. Stupor & mirabilia facta sunt in terra: prophetae prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius? Daniel. 9. 26. Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est: & ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Osee. 4. 1. 2. Audite uerbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terra, non est enim ueritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium, & homicidium & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Osee. 10. 3. 4. Quia nunc dicent: Non est rex nobis: non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? Loquimini uerba uisionis inutilis, & ferietis foedus, & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Plura 31. capit.

VERITAS. Matt. 27. 26. Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Marc. 15. 15. Pilatus autem uolens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis casum, ut crucifigeretur.

Luc.

Luc. 23. 23. 24. 25. At illi instabant vocibus magis
 postulantes ut crucifigeretur: & inualescebant vocem
 eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.
 Dimisit autem illis eum, qui propter homicidium,
 & seditionem missus fuerat in carcerem quem
 petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorum.
 Ioan. 19. 15. 16. Illi autem clamabant: tolle tolle, cru-
 cifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum cru-
 cifigam? Responderunt pontifices: Non habemus
 regem, nisi Casarem. Tunc ergo tradidit eu illis
 ut crucifigeretur.

CAPVT L.

Educitur Christus ut crucifigatur & bñdicit
 sibi crucem.

FIGVRAE. I. Cain educit fratrem suum ut
 eum occidat, & contra eum confurgat. Gen.
 4. 8. Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, egre-
 diamur foras, cumq; essent in agro, confurrexit Cain
 aduersus fratrem suum Abel & interfecit eum.
 2. Educitur pius Loth è Sodoma antequam
 subuertatur, & in monte se saluum facit. Genes.
 19. 17. Eduxeruntq; eum, & posuerunt extra ci-
 uitatem: ibiq; locuti sunt ad eum, dicentes: salua ani-
 mam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in om-
 ni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu
 simul pereas.

3. Isaacum patre ad montem proficiscens
 in quo sacrificaretur, ipse ligna sacrificij gestat
 in humeris. Genes. 22. 3. 4. 5. 6. Igitur Abra-
 ham

ham de nocte consurgens stravit asinum suum ducens
secum duos iuvenes & Isaac filium suum. Cumq̄
concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem
praeceperat ei Deus. Die autem tertio, elevatis ocu-
lis, vidit locum procul: dixitq̄ ad pueros suos: expe-
ctate hic cum asino, ego & puer illuc usq̄, properan-
tes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.
Tulit quoq̄ ligna holocausti, & imposuit super Isaac
filium suum: ipse verò portabat in manibus ignem
& gladium

4. Deus ostendit Moyfi lignum, quod cum
misisset in aquas amaras in dulcedinem versa
sunt. Exod. 15. 23. 24. 25.

5. Christus portat Iudæos super alas aequi-
larum. Exod. 19. 4. Vos ipsi vidistis que fecerim
Aegyptiis quomodo portaverim vos super alas aequi-
larum: & assumpserim mihi.

6. Ad peccati expiationem fumitur vitu-
lus sine macula, qui extra castra comburitur. Le-
uit. 4. 3. 4. 11. 12. Ibidem capit. 16. 10. Caprum eo
missarium statuet vinum coram Domino ut fundat
preces super eo, & emitat eum in solitudinem. Verso
27. Virulum autem & hircum, qui pro peccato fue-
rant immolati, & quorum sanguis illatus est in san-
ctuarium ut expiatio compleretur, asportabunt foras
castra, & comburent igni, tam pelles quam carnes eo-
rum ac simum. Hebr. 13. 11. 12. 13. 14. Quorum e-
nim animalium inferitur sanguis pro peccato in san-
cta per pontificem, horum corpora cremantur extra
castra. Propter quod & Iesus ut sanctificaret per
suum

Suum sanguinem populum extra portam passus est, exeamus igitur ad eum extra castra improperum eius portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem sed futuram inquirimus.

7. Vir vestitus lineis imprimit signū Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus Ierusalem. Ezech. 9. 3. 4. *Et gloria Domini Israël assumpta est de cherub quæ erat super eum ad limen domus: & occidit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit Dominus ad eum: transi per mediam civitatem in medio Ierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ sunt in medio eius.*

8. Præcidit Abimelech arboris ramum impositumq; ferens humero dicit socijs quod me videtis facere, facite citò. Iud. 9. 47. 48. 49.

9. Altare ita extractum fuit ut potuerit portari. Exod. 37. 25. 26. 27.

10. Vadit iam dilectus Cant. 4. 6. *admonetem myrrhæ & collem thuris. Myrrha crux amara. Thus holocausto verò adhibetur. Dicamus & nos cum sponsa. Cant. 13. 13. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.*

11. Hæres vineæ eiicitur à colonis extra eam. Matth. 21. 33. 39. Marc. 12. 8. Luc. 20. 14. 15.

PROPHETIAE. Psalm. 22. 4. *Nam & ambulauero in medio umbrae mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.* Psalm. 95. 10. *Dicite in gentibus quia Dominus regnauit. Etenim cor rexit orbem terra qui non commouebitur: iudicabit populos in equitate.* Quem locum citant alij. *Dominus regnauit a ligno*; sic legit Iustinus Martyr in Dialogo contra Triphonem Iudaeum. Tertulianus libr. 3. contra Marcionem. Cyprianus tractatu de Sina in Sion. Leo papa sermone nono de passione. Augustinus super psalmum 95. & sic canit Ecclesia. Psalm. 68. 12. *Et posui uerimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.* Isai. 9. 6. *Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis & factus est principatus super humerum eius: & uocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.* Ibidem capt. 22. 2. *Clamoris plena urbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.* Capit. 46. 4. *Vsq; ad senectam ego ipse, & usq; ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo.* Capit. 53. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. *Vere languores nostros ipse tulit & dolores nostros ipse portauit, &c. ut folio 73. Ierem. 11. 19. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad uictimam & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra uenturum, & nomen eius non memoretur amplius*

VERITAS. Matth. 27. 31. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eius chlamyde, & induerunt eum vestimentis eum, & duxerunt eum ut crucifigerent eum. Marc. 15. 20. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum ut crucifigerent eum, Ioan. 19. 16. 17. 18. Tunc ergo tradidit eis illum, ut crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum & duxerunt. Et baiulans sibi crucem exiit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraicè autem Gogatha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos viros & hinc, medium autem Iesum.

CAPVT LI.

Alloquitur Christus lamentantes & sequentes se mulieres.

FIGURAE. I. Dauidem egredientem Ierusalem in persequutione filij Absolonis sequitur populus plangens eum. 2. Reg. 15. 16. & gressus est ergo Rex, & vniversa domus eius pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domum, Vers. 22, 23. Et ait Dauid Ethai: veni, & transi. Et transiit Ethai Gethseus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo: omnesq; flebant voce magna. & vniversus populus transibat, rex quoq; transgredebatur Torrentem Cedron. Et cunctus populus incedebat contra viam que respicit ad desertum.

2. Filiae Ierusalem dehent flere Saulem.

Reg. 1. 24. *Filia Israël super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.*

PROPHETIAE. Isai. 2. 19. *Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terra à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.* Zach. 12. 10. 11. *Et effundam super domum David, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.* Osee. 10. 8. *Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israël: lappa & tribulus ascendet super aras eorum, & dicent montibus: operite nos, & collibus: cadite super nos.* Thren. 1. 15. 16. 17. *Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei; vocavit aduersum me tempus ut contereret electos meos: torcular calcavit Dominus virgini filia Iuda. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator. Conuertens animam meam; facti sunt filij mei perditij, quoniam inualuit inimicus. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius, facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos.* Apoc. 6. 15. 16. 17. *Et reges terra, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: & dicunt montibus, & petris; cadite super nos, & abscondite nos à facie*

facie sedentis super thronum, & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus ira ipsorum: & quis poterit stare? Ibidem cap. 9. 6. Et in diebus illis querent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

VERITAS. LUC. 27. 27. 28. 29. 30. 31. Staquebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quae plangebant, & lamentabantur eum. Contra versus autem ad illos Iesus, dixit: Filiae Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros. Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beata steriles, & ventres, qui non genuerunt, & ubera, quae non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Quia si in viridi ligno haec faciunt, in arida quid fiet?

CAPVT LII.

Simon Cyrenaeus angariatur ut crucem Christo Domino portet.

FIGVRAE. I. Haec dies expiationis, & propitiationis, in qua omnis anima affligi debet. Leu. 23. 28. 29. 30. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima, quae afflicta non fuerit die hac: peribit a populis suis, & quae operis pueritiam fecerit, delicta eam de populo suo.

2. Omnis creatura Creatori in hac die conpatitur, & ingemiscit reuelationem filiorum Dei expectans. Rom. 8. 19. Nam expectant creaturae

creatura, reuelationem filiorum DEI expectat.

PROPHETIAE. Si compatimur & conregnabimus. Rom. 8. 17. Si autem filij & heredes: heredes quidē Dei, cohæredes autem Christi: si tamen cōpatimur ut & conglorificemur. Plura. cap. 34.

VERITAS. Matt. 27. 32. Exeuntes autē inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem: hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Marc. 15. 21. Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, ut tolleret crucem eius.

CAPVT LIII.

Venit in Golgatha locum Caluariae, & datur illi vinum cum felle mixtum ad bibendum.

PROPHETIAE. Psalm. 68. 22. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. Ierem. 2. 21. Ego autem plantavi te vineam electam omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauam vineam alienam? Thren. 3. 19. Recorde dare pauperatis & transgressionis meae, absinthij & fellis. Habac. 2. 15. Va qui potum dat amico suo mitens fel suum, & inebrians ut aspiciat nuditatem eius.

VERITAS. Matth. 27. 33. 34. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgatha quod est Caluaria locus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset noluit bibere. Marc. 15. 22. 23. Et perducunt illū in Golgatha locū: quod est interpretatū Caluaria locus. Et dabāt ei bibere myrrhatū vinū & nō accepit. Luc. 23. 36. Illudēbat autē ei & milites accedē

tes & acetum offerentes ei. Ioan. 19. 28. 29. 30.
 Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, et
 consummaretur scriptura, dixit: Sitio, et ergo
 erat positum acetum plenum. Illi autem spongiam ple-
 nam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ei
 eum. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: con-
 summatum est. Et inclinato capite tradidit spiri-
 tum.

CAPVT LIIII.

Iesus Christus crucifigitur.

FIGVRAE. I. Abraham colligauit ligna in
 fasciculum & imposuit filium supra ipsum.
 Genes. 22. 9.

2. Loth in monte se saluum facere debuit
 Genes. 19. 17.

3. Iacob in baculo suo transiit Iordanem
 Genes. 32. 10. *Minor sum cunctis miseratio-
 bus tuis, & veritate tua quam explesti seruo tuo, et
 baculo meo transiui Iordanem istum; & nunc cum
 duabus turmis regredior.* Christus cum Iudæis &
 Gentibus in patriam suam cœlestem reuertitur.

4. Immaculatus verus agnus paschalis 14
 die mēsis offertur. Exod. 12. 3. 4. 5. 6. 7. Illa assai-
 agni secundum D. Iustinum in dialogo cum
 Triphone Iudæo, etiam habuit formam
 cis Christi.

5. Moyses omnia iubetur facere secundum
 exemplum ostensum sibi in monte. Exod.

40. Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

6. Serpens æneus erigitur à Moyse quem aspicientes sanantur à moribus serpentum. Numer. 21. 6. 7. 8. 9. *Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas & mor- zes plurimorum venerunt ad Moysen, atq; dixe- runt: Peccauimus, quia locuti sumus contra Do- minum & te: Ora ut tollat à nobis serpentes. Ora- uitq; Moyses pro populo & locutus est Dominus ad eum: fac serpentem aneum, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moy- ses serpentem aneum & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Ioan. 3. 14. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis.*

7. Ut aquila prouocat ad volandum pullos suos. Deut. 32. 11. *Sicut aquila prouocans ad vo- landum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum atq; portauit in humeris suis. Aues volantes extensione alarum signum crucis faciunt.*

8. Moyses cum Iosue pugnauit contra A- malec orans, expansis in modum crucis manibus id egit. Exod. 17. 8. 9. 10. 11. 12. 13.

9. Dauid sedet in cathedra sapientissimi- m^o quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octin- gētos interfecit impetu vno. 2. Reg. 23. 8. *Hac no- mina fortiū Dauid. Sedes in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni ver-*

miculus, qui octingentos interfecit impetu uno. Christus in cathedra crucis, occidit peccatum & mortem & spoliavit, & ligauit Dæmonem.

10. *Viuus passer cum hyssopo & cocco & vermiculo alligatur ligno cedrino, quibus expiabit sacerdos leprosum. Leu. 14. 49. 51. 52. 53.*

11. *Elias expandit se super puerum mortuum & reuiuiscit. 3. Reg. 17. 21. 22.*

12. *Similiter Elisæus. 4. Reg. 4. 14. 11.*

13. *Catulus leonis Iuda ascendit ad pradam ligans ad vitem asinam suam. Genes. 49. 9. 10. 11. Catulus leonis Iuda: ad pradam filii ascendisti: requiescens accubasti ut Leo, & quasi Leona, qui suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda: dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vitem puellam suam & ad vitem, ô fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine uua pallium suum. Christus ad lignum & vitem S. crucis ligat corpus suum, quod & in sanguine lauit proprio.*

PROPHE T I A E. Iob. 10. 14. 15. *Si peccatum & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mundi me esse non pateris? Et si impius fueris, mihi est: & si iustus, non leuabo caput suum a afflictione & miseria. Vers. 18. Quare de uero eduxisti me? qui urinam consumptus essem ne quis me videret. Psalm. 21. 17. Quoniam circum dederit*

dederunt me canes multi : concilium malignan-
 tium obsedit me. Foderunt manus meas & pedes
 meos. Psalm. 26. 6. In petra exaltauit me : & nunc
 exaltauit caput meum super inimicos meos. Psalm.
 37. 7. 8. 9. Miser factus sum, & curuatus sum
 usq; in finem : tota die contristatus ingrediebar.
 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus : & non
 est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humilia-
 tius sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.
 Psalm. 62. 9. Adhæsit anima mea post te : me
 suscepit dexteratua. Psalm. 68. 5. Multiplica-
 ti sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gra-
 tis, confortati sunt super me inimici mei iniuste, quæ
 non rapui, tunc exolvebam. Psalm. 88. 45. 46. De-
 struxisti eum ab emundatione : & sedem eius in ter-
 ram collisisti. Minorasti dies temporis eius, perfun-
 disti eum confusione. Psalm. 73. 12. Deus autem
 rex noster ante secula : operatus est salutem in meo
 dio terra. Quod autem Ierusalem sit medium
 terræ docet locus Ezech. 5. 5. 6. Hec dicit Do-
 minus Deus : Ista est Ierusalem, in medio gentium
 posui eam, & in circuitu eius terras. Et contem-
 psit iudicia mea, ut plus esset impia quam gentes,
 & præcepta mea ultra quam terra, quæ in circuitu
 eius sunt; iudicia enim mea proiecerunt, & in præcep-
 tis meis non ambulauerunt. Ab oriente enim
 cingitur Asia. Ab occidente Europa. A meridie
 & Austro Libia & Africa. A septentrione Scytia,
 Armenia & Perfide, & cunctis pōti nationibus.
 Cant. 1. 6. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi
 pascas

pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post
 greges sodalium tuorum. Christus in meridie cubat
 in cruce. Cant. 2. 3. 4. Sicut malus inter ligna spi-
 narum, sic dilectus meus inter filios, sub umbra illius,
 quem desideraueram, sedi, & fructus eius dabo que-
 ruri meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordi-
 nauit in me charitatem. Cant. 8. 5. Quae est ista quae
 ascendit de deserto, delicijs affluens, immixa super da-
 lectum suum? sub arbore malo suscitauit eam: cor-
 rupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Isa.
 49. 6. Et dixit: parum est ut sis mihi serua ad reser-
 uandas tribus Iacob, & faces Israel conser-
 uandas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus
 mea usque ad extremum terrae. Ierem. 49. 16. Ar-
 rogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui
 habitas in cauernis petrae & apprehendere mueris ba-
 rudinem collis: cum exaltaueris quasi aquila ni-
 dum tuum, inde detraham te, dicit Dominus. Thre.
 1. 3. Migravit Iudas propter afflictionem & multi-
 tudinem seruitutis: habitauit inter gentes, nec in-
 uenit requiem; omnes persecutores eius apprehende-
 runt eam inter angustias. Abacuc. 3. 4. Splen-
 dor eius ut lux erit, cornua in manibus eius: in ab-
 scoudita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
 Et ingredietur diabolus ante pedes eius. Sicut &
 mensus est terram. Aspexit & dissoluit gentes, &
 contriti sunt montes saeculi. Incuruati sunt caeli
 mundi ab itineribus aeternitatis eius. Zach. 9. 11. 12.
 quoque in sanguine testamenti tui emisisti uisus tuos
 de lacu, in quo non est aqua. Zach. 13. 6. 7.

dicetur ei. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? & dicit: his plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me. Frama suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum: percutite pastorem, & dispergentur oves: & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur, & deficient: & tertia pars relinquetur in ea.*

VERITAS. Matth. 20. 19. *Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Ibid. cap. 26. 2. Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur. Ioan. 3. 14. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto; ita exaltari oportet Filium hominis. Ibidem capit. 8. 28. 29. Dixit ergo eis Iesus: cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater, hæc loquor, & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Capit. 12. 31. 32. 33. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) Matthæi 27. 35. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Marc. 15. 24. 25. Et*

Aas

crucio

crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Luc. 23. 33. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum: & latrones, unum a dexteris & alterum a sinistris. Ioan. 19. 17. 18. Et inulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluaria, locum, Hebraice autem Golgatha: ubi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. Actor. 2. 36. Certissime sciat ergo omnis domus Israël, quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. Ibidem capit. 4. 10. Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israël: quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc ipse agitur coram vobis sanus. 1. Corin. 1. 23. Nos autem predicamus Christum crucifixum: Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ibidem capit. 2. 2. Non enim iudicauit me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Vers. 8. Quem nemo principum huius seculi cognouit: se enim cognouissent, nunquam Dominum glorie crucifixissent. 2. Corin. 13. 4. Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. Galat. 2. 19. Ego enim per legem legi mortuus sum, ut Deo viuam: Christo crucifixus sum cruci. Ibid. cap. 3. 1. O insensati Galatae, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante que-

rum oculos Iesus Christus praescriptus est, in vobis
 crucifixus? Ephel. 2. 14. 15. 16. Ipse enim est pax nos-
 tra, qui fecit utraq; vnum, & medium parietem ma-
 ceriae soluens, inimicitias in carne sua, legem manda-
 torum decretis euacuans, ut duos condat in semetipso
 in vnum novum hominem, faciens pacem, & reconci-
 liet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interfi-
 ciens inimicitias in semetipso. Philip. 2. 9. Humi-
 liauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem,
 mortem autem crucis. Colof. 1. 18. 19. 20. Et ipse
 est caput corporis Ecclesiae, &c. vt fol. 175. Ibidem
 cap. 2. 13. 14. 15. Et vos cum mortui essetis in delictis,
 & praeputio carnis vestrae, conuiuificauit cum illo do-
 nans vobis omnia delicta: delens quod aduersus
 nos erat chirographum decreti, quod erat contra-
 rium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruce
 ci: & exspoliatus principatus, & potestates tradidit
 confidenter, palam triumphans illos in semetipso.
 Hebr. 12. 1. 2. Ideoq; & nos tantum habentes impo-
 sitam nubem testium, deponentes omne pondus, & cir-
 cumstans nos peccatum per patientiam curramus
 ad propositum nobis certamen, aspicientes in Au-
 ctorem fidei & consummatorem Iesum, qui propo-
 sito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contem-
 pra, atq; in dextera sedis Dei sedet. Apocal. 11.
 8. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis
 magna, quae vocatur spiritualiter Sodoma, & Ae-
 gyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Vide
 plura tit. Crucifigo, & tit. Crux. in Thes. Bibl. Ex
 cruce inuitat nos ad se, Matt. 10. 38. 39. Et qui non
 accipit

accipit crucem suam, & sequitur me, non est dignus. Qui inuenit animam suam, perdet illam; & qui perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Ibidem cap. 11. 28. 29. 30. Venite ad me omnes, &c. vt fol. 238. Capit. 16. 24. 25. 26. Tunc Iesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam; qui autem perdidit animam suam propter me, inueniet eam. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, anima vero sue detrimentum patiatur? aut quam dabit bono commutationem pro anima sua? Similia Marc. 8. 34. 35. 36. Et Luc. 9. 23. 24. 25. Qui addit quotidie crucem tollendam. Ibid. capit. 14. 26. 27. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus.

CAPVT LV.

Christus pendet inter duos latrones.

FIGVRAE. Iustus Ioseph inter duos malefactores in carcerem mittitur. Genes. 39. 20. Tradiditq; Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat ibi clausus. Vide & Genes. caput 40. 1. 2. 3. 4.

PROPHETIAE. Isai 53. 12. Ideo disper-

riam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

VERITAS. Matt. 27. 44 Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. Marc. 15. 27. 28. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum à dextris & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura, qua dicit: & cum iniquis reputatus est. Luc. 23. 32. 33. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum: & latrones, unum à dexteris, & unum à sinistris. Ioan. 19. 18. Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.

CAPVT LVI.

Titulus causæ Christi mortis imponitur cruci.

FIGURÆ. 1. Samson moriens plures occidit quàm viuus, sic Christus hoc titulo Iudeos. Iud. 16. 30. Samson ait: *Moriatur anima mea cum Philistim, concussisq; fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cateram multitudinem, quæ ibi erat: multoq; plures interfecit moriens, quàm ante viuus occiderat.*

2. Nunc clangor victoriæ regis in Iacob. Num. 23. 31.

PROPHETIÆ. 3. Psalm. 2. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Ego autem constitutus sum rex ab eo super*

super

*Super Sion montem sanctum eius, predicans prae-
 ptum eius. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu,
 ego hodie genui te. Postula à me & dabo tibi gentes
 hereditatem tuam & possessionem tuam remaneat
 terra. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas
 siguli confringes eos. Et nunc reges intelligite: erudi-
 mini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore:
 & exultate ei cum tremore. Apprehendite di-
 sciplinam ne quando irascatur Dominus, & peratis
 de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati
 omnes qui confidunt in eo. Psal. 95. 10. vt supra cap.
 5. Isai. 19. 20. Erit in signum, & in testimonium
 Domino exercituum in terra Aegypti, clamabunt
 enim ad Dominum à facie tribulantis, & matris eis
 saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos. Sa-
 pient. 10. 13. 14. Hæc (sapientia scilicet) pendurum
 iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit
 eum: descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis
 non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum re-
 gni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprime-
 bant; & mendaces ostendit, qui macularunt illum,
 & dedit illi claritatem aeternam. Hoc titulo ape-
 riuntur omnes libri prophetarum hæcenus si-
 gnati. Isai. 29. 11. 12. Et erit vobis visio omnium si-
 cut verba libri signati, quem cum dederint scienti-
 litteras, dicent: lege istum, & respondebit: non pos-
 sum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti-
 litteras, diceturq; ei: lege: & respondebit: Nescio
 litteras. Ierem. 32. 10. 11. 12. 13. 14. Et scripsi in li-
 bro, & signauit, & adhibui testes: & appendi
 gentem*

gentum in statera. Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasia in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Iudeorum qui sedebant in atrio carceris, & precepi Baruch coram eis, dicens: Hec dicit Dominus exercituum Deus Israël. Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc, qui apertus est, & pone illos in vase fictili ut permanere possint diebus multis. Dan. 12. 9. Et ait: vade Daniel, quia clausi sunt, signatiq; sermones vsq; ad presinitum tempus. Apoc. 5. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Et vidi in dextera sedentis supra thronum, librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi Angelum fortem, predicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius? Et nemo poterat neq; in calo neq; in terra, neq; subtus terram aperire librum, neq; respicere illum. Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum. Et unus de senioribus dixit mihi. Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix David, aperire librum, & solvere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum, agnū stantem tāquam occisum, habentē cornua septem, & oculos septem: qui sunt septē spiritus Dei, missi in omnem terrā: & venit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia & viginti quatuor seniores cecide.

ceciderunt coram Agno, habentes singuli cibaria,
 & phialas aureas plenas odoramentorum, quae sunt
 orationes sanctorum: & cantabant canticum novum
 dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & a-
 perire signacula eius: quoniam occisus es, & vulnerasti
 nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua,
 & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum,
 & sacerdotes: & regnabimus super terram.
 Qui etiam post passionem suam aperit discipulis
 scripturas: Luc. 24. 27. Et incipiens à Moysi, &
 omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus
 scripturis, quae de ipso erant. Vers. 32. Et dixerunt
 ad inuicem: Nonne cor nostrum ardebat in nobis
 dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?
 Cauendum ne simus huius regis & tituli de-
 fertores ne Iob. 13. 16. scribat contra nos amari-
 tudines.

VERITAS. Matth. 27. 37. Et imposue-
 runt super caput eius, causam ipsius scriptam. Hic
 est Iesus rex Iudeorum. Marc. 15. 26. Et erat titulus
 eius causa eius inscriptus: Rex Iudeorum. Luc. 23.
 38. Erat autem & superscriptio scripta super eum
 litteris Graecis, & Latinis, & Hebraicis, Hic est rex
 Iudeorum. Ioan. 19. 19. 20. 21. 22. Scripsit autem
 Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scri-
 ptum: Iesus Nazarenus, Rex Iudeorum. Hanc ergo
 titulum multi Iudeorum legerunt: quia prop-
 cuitatem erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Et
 erat scriptum Hebraicè, Graecè, & Latine. Dice-
 bant ergo Pilato Pontifices Iudeorum: noli scribi
 re, re,

re, Rex Iudaorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudaorum. Respondit Pilatus: Quod scripsi scripsi.

CAPVT LVII.

Vestes Christi diuiduntur.

FIGVRAE. I. Adam nudus in paradiso, cum peccauit. Genes. 3. 7. Et aperti sunt oculi amborum: cumq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus & fecerunt sibi perizomata. Vers. 10. 11. Qui ait: vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me, cui dixit: Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti? Nuditas haec, Christi in cruce pendentis nuditate tegitur.

2. Fratres Ioseph, eius interfecti, atq; in cisternam missi vestem sanguine tinctam, patri miserunt. Genes. 37. 31. Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguine hedi, quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: hanc inuenimus, vide utrum tunica filij tui sit, an non.

3. Idem Ioseph ob amorem castitatis spoliatur pallio ab vxore Putipharis. Gen. 39. 12. Et illa apprehensa lacinia vestimenti eius, dicebat: dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras.

4. Saulus primus Rex Israëlis prius spoliatur, postea suspenditur super muros ciuitatis Bethsan.

Bb

Bethsan.

Bethsan. 1. Reg. 31. 10. 11. 12. 13. Et posuerunt *ana*
eius in templo Astaroth, corpus vero eius suspende-
 runt in muro Bethsan. Quod cum audissent habu-
 erunt tres labes Galaad, quacumq; fecerant Philistin
 Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulau-
 erunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & uide-
 uera filiorum eius de muro Bethsan, veneruntq; la-
 bes Galaad, & combusserunt ea ibi: & tulerunt os-
 sa eorum, & sepelierunt in nemore labes, & reman-
 uerunt septem diebus.

5. Castissima Susana coram senibus iniquis
 iudicibus, denudatur, & discooperitur. Dan. 13.
 32. At iniqui illi iusserunt ut discoopererent (erat
 enim cooperta) ut vel sic satiarentur decore eius.

PROPHETIA. Psalm. 21. 18. 19. 196. Ve-
 rò considerauerunt & inspexerunt me, diuiserunt
 sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt
 sortem.

VERITAS. Matth. 27. 35. Postquam an-
 tem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius
 sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per
 prophetam dicentem. Diuiserunt sibi vestimenta
 mea, & super vestem meam miserunt sortem. Marc.
 15. 24. Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimen-
 ta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tibi
 ret. Luc. 23. 34. Iesus autem dicebat: Pater, mi-
 mitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuiserunt
 tes verò vestimenta eius miserunt sortes. Ioan.
 23. 24. Milites ergò cum crucifixissent eum, acce-
 runt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes

unicuique militi partem & tunicam. Erat autem
 tunica inconsutulis, desuper contexta per totum: Di-
 xerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam, sed
 sortiamur de illa cuius sit, ut scriptura impleretur,
 dicens. Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in ve-
 stem meam miserunt sortem. Et milites quidem
 hac fecerunt.

CAPVT LVIII.

De iniurijs & irrisione Christo in cruce penden-
 ti illatis.

FIGURAE, I. Noë vini haustu inebriatus,
 nudus dormiens in tabernaculo, à filio illu-
 ditur, & eius nuditas alijs fratribus detegitur,
 vnde maledicitur à patre, Genes. 9. 20. 21. 22.
 23. 24. 25. 26. 27.

2. Michol ridet Dauidem ante arcam Dei
 nudatum saltantem, & eandem Deus sterilitate
 affligit. 2. Reg. 6. 20. 21. 22. 23.

3. Dauid maledicitur à Semei 2. Reg. 16.
 7. vt suprâ. cap. 45. qui postea iussu Salomo-
 nis occiditur ex præcepto Dauidis. 3. Reg. 2. 46.

4. Elisæus ascendens irridetur à pueris, qui
 postea ab vrsis occiduntur. 4. Reg. 2. 23. 24. *As-*
scendit autem inde in Bethel: cumque ascenderet per
viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illude-
bant ei dicentes: Ascende calue, ascende calue. Quo-
cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine
Domini: egressique sunt duo vrsi de saltu, & lacera-
uerunt ex eis quadraginta duos pueros.

Bb 2

PROF

PROPHECIAE. Job. 16. 1. 2. 3. Respon-
 dens autem Iob, dixit, audini frequenter talia, conso-
 latores onerosi omnes vos estis. Nunquid habebunt
 finem verba ventosa? aut aliquid tibi molustum est
 si loqueris? Ibidem cap. 19. 21. 22. Misere-
 ni mei, misere mini mei, saltem vos amici mei, quia
 manus Domini tetigit me. Quare persequimini me
 sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Psalm. 3.
 3. Multi dicunt anima mea: non est salus ipsi in
 Deo eius. Psalm. 21. 7. 8. 9. Ego autem sum ver-
 mis & non homo, opprobrium hominum, & abie-
 ctio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, lo-
 cuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in
 Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam
 vult eum. Vers. 13. 14. Circumdederunt me volu-
 li multi: tauri pingues obsederunt me. Aperu-
 runt super me os suum, sicut leo rapient & rugiens.
 Psalm. 37. 12. 13. 14. 15. Amici mei, & proximi mei
 aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Et
 qui iuxta me erant, de longè steterunt: & qui se-
 quebantur qui querebant animam meam. Et qui in-
 quirebant mala mihi, locuti sunt vanitates: & dolos
 tota die meditabantur. Ego autem tanquam sur-
 dus non audiebam: & sicut mutus non aperiebam
 os suum. Et factus sum sicut homo non audiens: & non
 habens in ore suo redargutiones. Vers. 20. 21. Inimici
 autem mei viuunt, & confirmati sunt super me. Multi
 multiplicati sunt qui oderunt me inique. Quia
 tribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi
 quoniam sequebar bonitatem. Psalm. 63. 4. 5.

exacuerunt ut gladium linguas suas : intenderunt arcum rem amarum, ut sagittent in occultis immaculatum. Psalm 68. 8. 9. 10. Quoniam propter te sustinui opprobrium : operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris mee. Quoniam zelus domus tua comedit me : & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. Psalm. 73. 4. Et gloriati sunt qui oderunt te, in medio solemnitatis tue. Psalm. 108. 25. Et ego factus sum opprobrium illis : viderunt me, & mouerunt capita sua. Ierem. 7. 4. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Thren. 2. 15. 16. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam : sibilauerunt, & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem : Heccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersa terra? Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deuorabimus: en ista est dies, quam expectabamus: inuenimus, vidimus. Osee. 13. 9. 10. 11. Perditio tua Israël, tantummodo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? maxime nunc saluat te in omnibus urbibus tuis: & iudices tui, de quibus dixisti. Da mihi regem, & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Alludit ad 1. Reg. 8. 5. vbi petiuerunt regem, & Ioan. 19. 15. vbi non habent regem nisi Cæsarem. Amos. 6. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti : & nihil patiebantur super contri-

tionem Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in castra
 retransmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.
 Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum; deestor ego superbiis
 Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuium cum
 habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint deueni-
 ri in domo una, & ipsi morientur. Et tollet eum pro-
 pinquus suus, & comburet eum, ut offerat ossa de do-
 mo: & dicet ei, qui in penetralibus domus est. Non-
 quid adhuc est penes te? Et respondit: finis
 est. Et dicet ei: Tace, & non recorderis nomi-
 nis Domini. Quia ecce Dominus mandabit, &
 percutiet domum maiorem ruinis, & domum mino-
 rem scissionibus.

VERITAS. Matt. 20. 19. Et tradent eum
 gentibus ad illudendum, & flagellandum, & cruci-
 figendum, & tertia die resurget. Luc. 2. 34. Et de-
 nedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem
 eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem
 multorum in Israel: & in signum cui contra-
 dicetur. Matt. 27. 39. 40. 41. 42. 43. 44. Præter
 euntes autem blasphemabant eum, mouentes capsa-
 ta sua, & dicentes: uah qui destruis templum Dei, &
 in triduo illud reedificas: salua te metipsum, si Filius
 Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sa-
 cerdotum illudentes, cum scribis, & senioribus, dice-
 bant: alios saluos fecit, semetipsum non potest saluum
 facere; si rex Israel est, descendat nunc de cruce, &
 credimus ei. Constat in Deo, liberet nunc si
 eum: dixit enim, quia Filius Dei sum. Id ipsum
 & lat

Et latrones, qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. Similia Marc. 15. 29. 30. 31. 32. Luc. 23. 35. 36. Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei. Vers. 39. Unus autem de his, qui pendeabant latronibus, blasphemabat eum, dicens. Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. Vers. 40. 41. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.

CAPVT LIX.

De primo verbo à Christo prolato in cruce. Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.

- F**IGURAE. I. Verus Ioseph excusat peccatum fratrum suorum. Genes. 50. 16. 17. 18. 19. 20.
2. Moyses in vertice montis orat pro populo idololatrico, vt Deus illis ignoscat. Exod. 32. 7. 8. 9. 10. 11.
3. In ore leonis mortui inuenitur dulcissimus fauus mellis. Iud. 14. 8. 9. In ore Christi fermo omni acceptione dignus, quia Christus venit saluare peccatores. 1. Timoth. 1. 15. Fidelis fermo, & omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum.
4. Exercet actum summi sacerdotis, qui est offerre, & orare pro sua (quam non habuit)

Bb 4

& populo

& populi ignorantia, & peccato. Hebr. 5. 1. 2. 3. 4.
 Omnis namq; pontifex ex hominibus assumptus, pro
 hominibus constituitur in ijs, quae sunt ad Deum, et
 offerat dona, & sacrificia pro peccatis: qui condole-
 re possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam ipse
 circumdatus est infirmitate, & propterea debet quae
 admodum pro populo, ita etiam & pro semetipso
 ferre pro peccatis. Vers. 7. 8. 9. 10. Qui in diebus
 carnis suae preces supplicationesq; ad eum, qui posse
 illum saluum facere à morte cum clamore valido &
 lachrymis offerens, ex auditus est pro sua reuerentia.
 Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex ijs, quae pas-
 sus est, obedientiam: & consummatus, factus est
 omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae,
 appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchise-
 dech. Vide etiam cap. 9. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.
 15. vt supra fol. 185. & vers. 27. 28. Et quem ad-
 modum statutum est hominibus semel mori, post hoc
 autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad
 multorum exhaurienda peccata: secundo sine pecca-
 to apparebit expectantibus se in salutem.

5. Iob orat pro illis foribus suis. Iob 42. 7.
 8. 9. 10.

PROPHETIAE. Psalm. 44. 3. Speciosa
 forma praesens filiis hominum, diffusa est gratia in labiis
 tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum. Psalm.
 108. 4. 5. 6. Pro eo vt me diligere, detraxerunt
 mihi: ego autem orabam. Et posuerunt aduersum
 me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea. Con-
 stitue super eum peccatorem: & Diabolus flet à dexte-
 ris eius.

eris eius. *Isai. 53. 12. Ideo disperetiam ei plurimos: & fortium diuidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est: & ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Vbi hoc quasi præclarissimo facto concludit passionem. Ierem. 8. 20. 21. Transiit messis, finita est aestas, & nos saluari non sumus, super contritione filie populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me. Ion. 4. 2. Et orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc preoccupaui ut fugerem in Tharsis: scio enim quia tu Deus clemens, & misericors es, patiens, & multa miserationis, & ignoscens super malitia.*

VERITAS. *LUC. 23. 34. Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes.*

CAPVT LX.

De secundo verbo. Hodie mecum eris in paradiso.

FIGURAE. 1. Solus Ruben nititur liberare Iosephum. *Genes. 37. 21. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, &c.*

2. Ex omnibus Aegyptijs solus pincerna Pharaonis commendat Iosephum. *Genes. 41.*

3. Tunc demum reminiscens pincernarum magister ait: *Confiteor peccatum meum, &c.*

Bb 5

3. Ioseph.

3. Ioseph in carcerem cum duobus maleficis coniectus, alteri prædicit fore ut euaderet, & gratiæ Pharaonis restitueretur, alteri deinde quia capite damnabitur. Genes. 40. 12. 13. 14.

4. Vita pendet ante malum latronem, cui non credit. Deut. 28. 66. *Et erit uita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes uita tua.*

5. Congregati ad Iephte viri inopes, & latrocinantes. Iud. 11. 3. *Quos ille fugiens arguens, habitauit in terra Tob. Congregati sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur.*

6. Confugiunt ad Dauid omnes in angustia constituti. 1. Reg. 22. 1. 2. 3.

7. Dauid Miphiboseth filio Ionathæ promittit gratiam. 2. Reg. 9. 6. 7. 8.

8. Daniel solus inuenitur: qui agnoscat & liberet innocentem Susannam. Dan. 13. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51.

PROPHETIAE. Psalm. 44. 3. *Speciosa forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum. Hier. 18. 20. 21. Numquid redditur pro bono malum, quia fuerunt foueam animæ meæ? Recordare quod steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorum in faciem, & deduc eos in manus gladii: fiant uxores eorum absq̃ liberis, & uidiua: C*

viriorum interficiantur morte, iuvenes eorum confodiantur gladio in pralio. Ibidem cap. 39. 17. 18. Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradéris in manus virorum, quos tu formidas: Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

VERITAS. Matth. 27. 44. Marc. 15. 32. Christus rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuiliabantur ei. Intelligitur verò solus malus latro, ut magis patet ex D. Luc. 23. 39. 40. 41. 42. 43. Vnus autem de his, qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac te ipsum, & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso. Hic enim quasi summus theologus fit in cruce, secundum id psalm. 93. 11. 12. 13. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.

De tertio verbo ad matrem & D. Ioannem.

FIGVRAE. 1. Noëmi vidua mortuis inter
Israëlitas filijs suis, redijt in patriam Bethle-
hem, & salutata ab alijs noluit vocari Noëmi, id
est pulchra, sed Maria, id est, amara, quia ama-
ritudine plena esset. Ruth. 1. 18. 19. 20. 21.

2. Mater filiorum Machabæorum bono
animo ferebat mortem filiorum propter spem
quam in Domino habebat. 2. Mach. 7. 20. 21.
*Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum
memoria digna, qua pereuntes septem filios sub crucis
diei tempore conspiciens, bono animo fertos propter
spem, quam in Deum habebat: singulos illum hor-
tabatur voce patria fortiter, replet a sapientia, & su-
minea cogitationi masculinum animum iuferens.*

PROPHETIAE. Iob. 30. 16. *Nunc autem
in memetipso marcessit anima mea, & possident me
dies afflictionis. Vers. 27. 28. Interiora mea efferebun-
t absq; vlla requie, prauenerunt me dies afflictio-
nis. Mœrens incedebam, sine furore, coniu-
gens in turba clamabam. Isai. 54. 6. 7. 8. Quia vni-
uersem derelictam & mœrentem spiritu vocauit te
Dominus, &c. vt fol. 180. & vers. 11. 12. 13. 14.
Paupercula tempestate conuulsa, absq; vlla consola-
tione. Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos
& fundabo te in sapphiris, & ponam iaspidem pro
pugnacula tua: & portas tuas in lapides sculptos, &
omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Vers.*

versos filios tuos doctos a Domino: & multitudinem
 pacis filijs tuis. Et in iustitia fundaberis: recedo
 procul a calumnia, quia non timebis: & a pauore,
 quia non appropinquabit tibi. Thren. 1. 9. Sordes
 eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: depo-
 sita est vehementer, non habens consolatorem: Vide
 Domine afflictionem meam, quoniam erectus est ini-
 micus. Vers. 13. De excelso misit ignem in ossibus
 meis, & erudiuit me: expandit rete pedibus meis,
 conuertit me retrorsum: posuit me desolatam, tota
 die mœrore confectam. Vers. 16. 17. Idcirco ego
 plorans: & oculus meus deducens aquas: quia lon-
 gè factus est à me consolator, conuertens animam
 meam, facti sunt filij mei perdit, quoniam inualuie
 inimicu. Expandit Sion manus suas, non est qui
 consoletur eam: mandauit Dominus aduersum Ia-
 cob in circuitu eius hostes eius: facta est Ierusalem
 quasi polluta menstruis inter eos. Vers. 20. 21. Vide
 Domine quoniam tribulor, conturbatus est uenter
 meus: subuersum est cor meum in memetipsa, quo-
 niam amaritudine plena sum, foris interficit gladius
 & domi mors similis est. Audierunt quia ingemi-
 sco ego, & non est qui consoletur me: omnes ini-
 mici mei audierunt malum meum, letati sunt quo-
 niam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, &
 fient similes mei.

VERITAS. LUC. 2. 34. 35. Et benedixit
 illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: Ecce
 positus est hic in ruinam, & in resurrectionem mul-
 torum in Israël, & in signum cui contradicetur. Es

tuam ipſius animam pertransibit gladius vt reuolu-
tur ex multis cordibus cogitationes. Ioan. 19. 24.
26. 27. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater
eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophae, & Maria
Magdalene. Cū vidiffet ergo Ieſus matrem, &
discipulum ſtantem, quem diligebat, dixit matri
ſuae: Mulier, ecce filius tuus: Deinde dixit disci-
pulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit
eam diſcipulus in ſuam. Ioannes autem verus
eſt filius, qui fecit voluntatem Chriſti, &
Beatae Virginis.

CAPVT LXII.

De quarto verbo in cruce, Deus meus, Deus meus,
vt quid me dereliquiſti?

FIGURAE. I. Eſt viſus dereliſtus Ioseph
ab omnibus, Deus tamen illum in carcere
non dereliquit. Sapien. 10. 13. 14. Hac vendi-
tum iuſtum non dereliquit, ſed a peccatoribus libera-
uit eum: deſcendit q̄, cum illo in foueam, & in vinculis
non dereliquit illum, donec afferret illi ſceptrum re-
gni, & potentiam aduerſus eos, qui eum deprimebant:
& mendaces oſtendit, qui macularunt illum, &
dedit illi claritatem aeternam.

2. Iob. 19. 7. 8. 9. 10. 11. Ecce clamabo vni-
patiens, & nemo audiet, vociferabor, & non eſt qui
iudicet. Semitam meam circumſepſit, & tranſire
non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. Spa-
ſianit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite
meo.

meo. *Destruxit me undiqz, & pereo, & quasi euulsa arbori abstulit spem meam. Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.* Ibidem capit. 30. 20. 21. 22. 23. 24. *Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in durtiam manus tuae aduersaris mihi. Elenasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide. Scio quia morti trades me, ubi constituta est domus omni uiuenti. Veruntamen non ad consumptionem eorum emittis manum tuam: & si corruerint ipsi saluabis.*

PROPHETIAE. Psalm. 21. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *Deus, Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israël. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam uult eum. Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meae. In te proiectus sum ex utero: de ventre matris meae Deus meus es tu, ne discesseris à me: quoniam tribula-*

tribula.

tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuret.
 Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues
 sederunt me. Aperuerunt super me os sanctorum, sicut
 leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum: & dis-
 persa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum
 tanquam cera liquecens in medio ventris mei. Au-
 ruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhe-
 sit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxit
 me. Vers. 20. 21. 22. 23. Tu autem Domine ne co-
 longaueris auxilium tuum à me; ad desuperem
 meam conspice: Erue à framea Deus animam meam
 & de manu canis unicum meam. Salua me ex ore
 leonis & à cornibus unicornium humilitatem meam.
 Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ec-
 clesie laudabo te, Psalm. 68. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.
 10. Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt a-
 que usque ad animam meam. Infixus sum in limo pro-
 fundi: & non est substantia. Veni in altitudinem
 maris, & tempestas demersit me. Laboravi clamans,
 rauca factae sunt fauces meae: defecerunt oculi mei.
 dum spero in Deum meum. Multiplicati sunt su-
 per capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.
 Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei
 iniuste; quae non rapui tunc exoluebam; Deus tu scias
 insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt ab-
 scondita. Non erubescant in me qui expectant te
 Domine, Domine virtutum. Non confundantur
 super me qui querunt te, Deus Israël. Quoniam
 propter te sustinui opprobrium: operuit confusio
 faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis
 & per-

& peregrinus filius matris mee. Quoniam zelus do-
 mus tua comedit me: & opprobria exprobrantiuna
 tibi, ceciderunt super me. Vers. 20. 21. Tu scis im-
 properium meum & confusionem meam, & reueren-
 tiam meam. In conspectu tuo sunt omnes qui tribu-
 lant me, improperium expectavit cor meum, & mi-
 seriam. Psalm. 87. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Estimatus
 sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut
 homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sicut vul-
 nerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor
 amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt
 me in lacu inferiori, in tenebrosis: & in umbra mor-
 tis. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes
 fluctus tuos induxisti super me. Longè fecisti notos
 meos à me: posuerunt me abominationem sibi. Tra-
 ditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt
 pro inopia. Clamavi ad te Domine tota die: expan-
 di ad te manus meas. Isai. 25. 7. 8. 9. 10. Et praci-
 pitabit in monte isto faciem vinculi colligati super
 omnes populos, & telam quam orditus est super om-
 nes nationes. Precipitabit mortem in sempiternum:
 & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie,
 & opprobrium populi sui auferet de uniuersa terra:
 Quia Dominus locutus est. Et dicet in die illa: Ecce
 Deus noster iste, expectauimus eum, & saluabit nos:
 iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus, & læ-
 tabimur in saluari eius. Quia requiescet manus
 Domini in monte isto: & triturbabitur Moab sub eo,
 sicut teruntur palea in plastro. Isai. 49. 14. 15. 16.
 Et dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Domi-
 nus obli-

nus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tu. Etenim in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper.

VERITAS. Matth. 27. 46. 47. 48. 49. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: Eli, Eli lamma Sabacthani, hoc est Deus meus, Deus meus ut quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eum vocat iste. Et continuo currens unus ex eis accipiam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cateri vero dicebant: Sine videamus an veniat Elias liberans eum. Marc. 15. 34. 35. 36. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, Eloi lamma Sabacthani? quod est interpretari Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce ce Eliam vocat. Currens autem unus, & impleuit spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

CAPVT LXIII.

De quinto verbo Christi in cruce, Sitio, cui præbetur potus.

- FIGURAE. 1. Samson stratis Philistæis tit. Iud. 15. 15. 16. 17. 18. 19.
- 2. Dauidi sitienti cum duo milites cum periculo vite, & ex cisterna Bethlehem tulissent aquam, noluit bibere. 2. Reg. 23. 15. 16. 17.

3. Tubentur Iudæi fasciculum hyssopi tingere in sanguine agni Paschalis, & aspergere super liminare, & vtrumq; postem, ne egrediatur domum percussor & exterminator. Exo. 12. 22. 23. 24.

4. Hyssopus in mundatione leprosi circumligatus ligno cedrino cum vermiculo adhibetur cum sanguine passeris. Leuit. 14. 49. 50. 51. 52. 53. vt supra capite 54.

5. Hyssopo tincto in aquâ & cineres vaccæ rufæ, mundus mundat immundum aspergendo. Num. 19. 17. 18. 19. 20. Deut. 32. 33. *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.*

PROPHETIAE. Psal. 21. 16. *Aruiit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhesit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.* Psalmo 68. vers. 21. 22. *In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improprium expectauit cor meum, & miseriam: Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui cõsolaretur, & non inueni. Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.* Psalm. 101. 4. 5. 6. *Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremum aruerunt. Percussus sum vt foenum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mea.* Ierem. 2. 21. *Ego autẽ plantauit te vineã electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es mihi in prauã vineã aliena? Thren. 3. 15. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Vers. 19. Recordare pauperatis, & transgressionis meae, absynthij & fellis.*

VERITAS. Matth. 27. 48. Et currens
 currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit
 aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Marc.
 15. 36. Currens autem vnus, & implens spongiam
 aceto, circumponensq; calamo, potum dabat u. di-
 cens: Sinite, videamus si veniat Elias ad depren-
 dum eum. Ioan. 19. 28. 29. 30. Postea sciens Iesus
 quia omnia consummata sunt, vt consummaretur
 scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat plenum a-
 cetoplenum. Illi autem spongiam plenam acetum
 sopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum er-
 go accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum
 est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Sicut
 tit Christus, vt potet nos vino compunctionis:
 Sic Synagoga dat acetum Christo sitienti, quia
 de petra aqua potauit, & melle saturauit. Nu-
 mer. 20. 10. 11. Psalm. 80. 17. Et cibant eos ex
 adipe frumenti, & de petra, melle saturant eos. 1. Co-
 rinth. 10. 4. Et omnes eundem potum spiritalem
 biberunt (bibebant autem de spiritali, consequen-
 te eos, petra: petra autem erat Christus)

CAPVT LXIV.

De sexto Christi verbo. Consummatum est.

FIGVRAE. I. Compleuit Deus die septi-
 mo opus suum quod fecerat. Genes. 2. 1. 2.
 2. Mortuo summo sacerdote homicida
 profugus reuertitur in terram suam. Numer.
 35. 31. 32.

3. Mille

3. Misso Iona in mare sedatur tempestas.

Ion. 1. 12. Tollite me & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hac grandis venit super vos. Ver. 15. 16. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

PROPHETIAE. Sap. 4. 13. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Isai. 10. 23. Consummationem enim, & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terra. Verf. 25. Adhuc enim paululum modicumq; & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum. Ibidem cap. 25. 8. Precipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. Thren. 4. 22. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua. Dan. 9. 24. Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt cōsummaretur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungetur Sanctus sanctorum. Osee. 13. 14. De manu mortis libera eos, de morte redimam eos, & mors tua o mors, morsus ero tuus inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis.

VERITAS. Matth. 23. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Ioan. 11. 51. 52. *Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit quod Iesu moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* Ioan. 16. 11. *De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Ibidem cap. 19. 30. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.* Et inclinato capite tradidit spiritum. Apocal. 16. 17. 18. *Exiit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & motus, & tonitrua, & terra motus factus est magnus, qualis non fuit ex quo homines fuerunt supra terram, talis terre motus sic magnus. &c.* Templum est corpus Christi. Ioan. 2. 19. 20. 21. 22. *Thronus crux Christi in qua fuit inscriptio regni sui.* De terramotu vide infra. cap. 67.

CAPVT LXV.

De ultimo verbo Christi. Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

FIGVRAE. 1. Noë dimisit columbam quæ rediit paulo post cum ramo viridantis oliuæ, misericordiæ, & pacis signo.

2. Elias cupit tolli animam suam. 3. Reg. 19. 4. *Et perrexit in desertum, viam unius diei, cumq; venisset, & sederet subter unam iuniam*

perum, petiuit anima sua vt moreretur. & ait: Suf-
ficit mihi Domine, tolle animam meam: neq; enim
melior sum, quàm patres mei.

PROPHETIAE. Psalm 30. 6. In manus
tuas commendo spiritum meum: redemisti me Do-
mine Deus veritatis. Psalm. 141. 8. Educ de cu-
stodia animam meam ad confitendum nomini tuo:
me expectant iusti, donec retribuas mihi. Tob. 4. 6.
Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto
Deum: & caue ne aliquando peccato consentias, &
prætermittas præcepta Domini Dei nostri. Isa. 53. 10.
Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: Si
posuerit pro peccato animam suam, videbit semen
longauū, & voluntas Domini in manu eius dirigetur.
Ionæ. 2. 8. Cùm angustiaretur in me anima mea,
Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea
ad templū sanctum tuum. Ionæ. 4. 3. Et nunc Do-
mine, tolle queso animam meam à me, quia melior
est mihi mors quàm vita.

VERITAS. Luc. 23. 46. Et clamans voce
magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendo spi-
ritum meum: & hæc dicens, expirauit.

CAPVT LXVI.

Christus Dominus moritur.

FIGURAE. I. Abel iustus occisus inuidia
fratris sui Cain. Genes. 4. 8. Dixitq; Cain ad
Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cùmq; essent
in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum
Abel, & interfecit eum.

Cc 4

2. Im-

2. Immolatur agnus paschæ ad vesperum, Exod. 12. 6. *Et seruabitis eum usq̄ ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitq̄ eum vniuersa multitudo filiorum Israël usq̄ ad vesperam.*

3. Alter agnorum immolatur vespertingiter. Exod. 29. 38. *Hoc est quod facies in altari. Agnos anniculos duos per singulos dies ingiter. Num. 28. 3. 4. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis. Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: Vnum offeretis mane & alterum ad vesperum.*

PROPHETIAE. Psalm. 30. 11. *Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus. Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.* Eccles. 29. 20. *Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam.* Isai. 25. 7. 8. 9. 10. vt supra cap. 63. *Ibidem cap. 53. 8. 9. 10. 11. 12. De angustia. & de iudicio sublatu est: generationem eius quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuentium: propter scelus populi mei percussit eum, &c. vt fol. 73. Thren. 5. 17. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: vanebit, quia peccauimus.* Dan. 9. 26. *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus, qui eum negaturus est. Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statua de solatio.*

VERITAS. Matth. 27. 50. *Iesus autem sit*

rum clamans voce magna, emisit spiritum. Luc. 23. 46. Et clamans voce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, & hac dicens exspiravit. Ioan. 19. 30. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Hebr. 5. 7. 8. 9. 10. Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesq; ad eum, qui possit saluum facere à morte cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia: & quidem cum esset Filius Dei, didicit ex ijs, quæ passus est, obedientiam: & consummatum, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternæ, appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

CAPVT LXVII.

De his quæ ante & post mortem Christi acciderunt, ut de tenebris, terramotu, resurrectione mortuorum, & luctu multorum.

FIGURAE. I. Fratres Ioseph illum adorant. Genes. 42. 6. Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atq; ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cumq; adorassent eum fratres sui. Vers. 21. 22. Locuti sunt ad inuicem. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: Idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in puerum: & non audistis me? In sanguis eius exquiritur. In terram ante illum

corruūt. Gen. 44. 14. Primusq; Iudas cū fratribus ingressus est ad Ioseph (necdum enim de loco abierat) omnesq; ante eum pariter in terram corruunt. Non possunt illi respondere præ nimio terrore. Gen. 45. 3. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph vester pater meus viuit? Non poterant respondere præ nimio terrore perterriti.

2. Moyses producit tenebras Aegyptiacas. Exod. 10. 21. 22. 23. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in caelum: & fiet tenebra super terram Aegypti, tam densa, ut palpare queant. Extenditq; Moyses manum in caelum: & facta sunt tenebrae horribiles in vniuersa terra Aegypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: ubicunq; autem habitabant filij Israël, lux erat. Psalm. 104. 27. 28. Pœ sunt in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit: & non exacerbauit sermones suos. Sap. 17. 2. Dum enim persuasum habent iniqui posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longa nocte compediti, inclusi sub tectis, fugitini perpetua promissione tacuerunt.

3. Naaman Syrus cognoscit Deum Israël. 4. Reg. 5. 15. Reuersusq; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, venit. & stetit coram eo, & ait: Vere scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israël, obsecro itaq; ut accipias benedictionem à seruo tuo.

4. Nabuchodonosor agnoscit Deum Danielis

nielis. Dan. 2. 47. *Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus vester Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.*

5. Misso Ionam in mare, est eius tempesta sedata, & viri timent Dominum. Ion. 1. 15. 16. *Et rulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.*

6. Luget Iuda & Ierusalem Iosifæ mortem. 2. Par. 35. 22. 23. 24. 25.

7. Montes Gelboë maledicuntur ob mortem Saulis. 2. Reg. 1. 21. *Montes Gelboë, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neq; sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset unctus oleo.*

PROPHETIAE. Iob. 5. 14. *Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. Psalm. 17. 5. 6. 7. 8. Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferi circumdederunt me: praocupauerunt me laquei mortis. In tribulatione mea inuocavi Dominum, & ad Deum meum clamaui: Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam: & clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius. Commota est, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt quoniam iratus est eis. Psalm. 81. 5. Nescierunt: neq; intellexerunt, in tenebris ambulans: mouebuntur omnia*

nia fundamenta terra. Isai. 26. 19. *Vivent mortui
tui interfecti mei resurgent: expergiscimini, &
laudate qui habitatis in pulvere: quia ros lacus tuus,
& terram gigantum detrahes in ruinam. Ibidem cap. 51. 1. 2. Audite me qui sequimini quod
iustum est, & queritis Dominum: attendite ad
petram, unde excisi estis, & ad cauernam lateris
qua precisi estis. Attendite ad Abraham pa-
trem vestrum, & ad Saram, que peperit vos: quia
vnum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi
eum. Capit. 65. 1. 2. Quasi erunt me qui ante non
interrogabant, inuenerunt qui non quasi serui me, di-
xi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, que non inuoca-
bat nomen meum. Expandi manus meas tota die ad
populum incredulum, qui graditur in via non bona post
cogitationes suas. Ierem. 6. 26. Filia populi mei
accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum ve-
nigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repen-
te veniet vastator super vos. Ibid. cap. 15. 9. Infirmi-
mata est que peperit septem, defecit anima eius: oc-
cidit ei sol, cum adhuc esset dies: confusa est, & erua-
bunt: & residuos eius in gladium dabo in conspectu
inimicorum eorum, ait Dominus. Thren. 5. 15. De-
fecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum clo-
rus noster. Ezech. 32. 7. 8. Et operiam, cum ex-
rinctus fueris calum, & nigrescere faciam stellas tuas
solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum.
Omnia luminaria celi mœrere faciam super te: &
dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus
Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terra.*

ait Dominus Deus. Ezech. 37. 12. 13. 14. Propterea
 vaticinare, & dices ad eos: Hec dicit Dominus
 Deus: Ecce ego aperiam tumulos vestros, & edu-
 cam vos de sepulchris vestris populus meus: & indu-
 cam vos in terram Israël. Et scietis quia ego Do-
 minus, cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero
 vos de tumulis vestris popule meus: & dederò spiri-
 tum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos
 faciam super humum vestram: & scietis quia ego
 Dominus locutus sum & feci, ait Dominus Deus.
 Amos. 8. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus:
 occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam ter-
 ram in die luminis. Zach. 12. 10. 11. 12. Et effundam
 super domum David, & super habitatores Ierusa-
 lem spiritum gratia, & precum: & aspicient ad me,
 quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi su-
 per unigenitum, & dolebunt super eum, ut doleri so-
 let in morte primogeniti. In die illa magnus erit
 planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadremmon
 in campo Maggeddon. Et plangent terra: familia
 & familia seorsum: familia domus David seorsum,
 & mulieres eorum seorsum. Ibidem cap. 14. 6. 7.
 Et erit in die illa: Non erit lux, sed frigus & gelu.
 Et erit dies una qua nota est Domino, non dies
 neq; nox: & in tempore vesperi erit lux.

VERITAS. Matth. 27. 45. A sexta autem
 hora tenebra facte sunt super universam terram, us-
 que ad horam nonam. Vers. 51. 52. 53. 54. 55. 56.
 Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à
 summo usq; deorsum, & terra mota est, & petra
 scissa

scissa sunt, & monumenta aperta sunt, & multae
 pora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et
 exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, ve-
 nerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.
 Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes
 Iesum, viso tremotum, & his quae fiebant, timuerunt
 valde, dicentes: Verè Filius Dei erat iste. Erant au-
 tem ibi mulieres multae à longè, quae secuta erant Ie-
 sum à Galilea, ministrantes ei: inter quas erat Ma-
 ria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater,
 & mater filiorum Zebedaei. Marc. 15. 33. Et facta
 hora sexta, tenebrae factae sunt super totam terram
 vsq; in horam nonam. Vers. 38. 39. 40. 41. Et celum
 templi scissum est in duo, à summo vsq; ad fundamentum. Vi-
 dens autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia se
 clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei
 erat. Erant autem & mulieres de longè respicientes,
 inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi
 minoris, & Ioseph mater, & Salome: & cum es-
 set in Galilea, sequebantur eum, & ministrabant ei,
 & aliae multae quae simul cum eo ascenderant Ieroso-
 lymam. Luc. 23. 44. 45. 46. 47. 48. 49. Erat au-
 tem ferè hora sexta, & tenebrae factae sunt in vniuersam
 terram, vsq; in horam nonam. Et obscuratus est
 sol: & velum templi scissum est medium. Et cla-
 mans voce magna Iesus ait: Pater, in manu tua
 commendo spiritum meum. Et haec dicens, expirauit.
 Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorifi-
 cavit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat. Et
 omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectandum,

lum istud, & videdant qua fiebant, percutientes pe-
 ctora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti
 eius à longè: & mulieres, qua secuta eum erant à
 Galilea hac videntes. Ioan. 19. 25. Stabant autem
 iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius,
 Maria Cleopha, & Maria Magdalene. De terræ-
 motu vide etiam ex Apoc. 16. 17. supra caput 64.
 Noti quoque Christi à longè stant. Iob. 19. 13.
 Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alie-
 ni recesserunt à me. Psalm. 37. 12. 13. Amici mei,
 & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, &
 steterunt. Et qui iuxta me erant, de longè steterunt:
 & vim faciebant qui querebant animam meam. Et
 qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates; &
 dolos tota die meditabantur. Psalm. 87. 9. Longè
 fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationē
 sibi, traditus sum, & non egrediebar. Thren. 1. 16.
 Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas:
 quia longè factus est à me consolator, conuertens ani-
 mam meam: facti sunt filij mei perditī, quoniam in-
 ualuit inimicus. Luc. 23. 49. Stabant autem om-
 nes noti eius à longè: & mulieres, qua se-
 cuta eum erant à Galilea hac
 videntes.

* *
 *

CAPVT

Non franguntur crura Iesu; sed latus eius lancea aperitur.

FIGVRAE. I. Cùm obdormiuit Adam, tulit Deus vnã de costis eius & formauit E-uam: sic aperto Christi latere formatur Ecclesia. Genes. 2. 18. *Dixit quoq; Dominus Deus: Non est bonum esse hominem solum: faciamus ei adiutorium simile sibi.* Vers. 21. 22. 23. 24. *Imposi ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam, dixitq; Adam: Hoc nunc uex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur Vnaga quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Ephes. 5. 31. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhaerebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna.*

2. Noë discedente diluuiò aperit arca, in qua reliquæ animæ seruabantur, fenestram. Genes. 8. 6. 7. *Cumq; transissent quadraginta dies, aperiens Noë fenestram arca, quam fecerat, dimisit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terram.*

3. Abraham vibrat gladiu in hircum. Gen. 22. 13. *Lenauit Abraham oculos suos, & vidit*

post tergum arietem inter vepres haerentem cornibus,
quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

4. Ossa agni paschalis nō frangenda. Exod.
12. 46. In una domo comedetur, nec efferetis de car-
nibus eius foras, nec os illius confringetis.

5. Flumina exeunt de vero paradiso. Gen.
2. 10. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad
irrigandum paradisum, qui inde dividitur in qua-
tuor capita.

6. Sanguis vituli immolati funditur per
altaris circuitum. Leuit. 1. 5. Immolabitq; vitu-
lam coram Domino, & offerent filij Aaron Sacerdo-
tes sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum,
quod est ante ostium tabernaculi.

7. Iam verè vulneratus est propter ini-
quitates nostras. Isai. 53. 5. Iam verus hæres vi-
neæ eiectus extra eam vulneratus est ab agrico-
lis vineæ. Luc. 20. 12. Quem ante vulnerave-
runt in capite. Marc. 12. 4. Dum plectentes spi-
neam coronam eam illi imponunt, & arundines
feriunt, vt supra capite 44. docuimus.

PROPHETIAE. Iob. 16. 14. 15. Circum-
dedit me lanceis suis conuulneravit lumbos meos. non
pepercit, & effudit in terra viscera mea. Concidit me
vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. Psal.
68. 27. Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt :
& super dolorem vulnorum meorum addiderunt.
Psal. 101. 7. Similis factus sum pellicano solitudinis :
factus sum sicut nicticorax in domicilio. Pellicanus
pullos suos sanguine suo pascit. Cnat. 2. 8. Sicuo
Dd maluo

malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus in
 Eccl. 33. 17. In benedictiōe Dei & ipse sperauit
 & quasi qui vindemiat repleuit torcular. Uai. 12. 2. 3.
 Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & non
 timebo; quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, &
 factus est mihi in salutem. Haurietis aquas in gau-
 dio de fontibus saluatoris. Ibidem cap. 48. 21. Non
 sitierunt in deserto, cum educeret eos: aquam de pe-
 tra produxit eis, & scidit petram, & fluxerunt aquae.
 Cap. 51. 1. 2. Audite me qui sequimini quod iustum
 est, & queritis Dominum: attendite ad petram unde
 excisi estis, & ad caernam laci, de qua praecisi estis.
 Attendite ad Abraham patrē vestrum, & ad Sarā,
 quae peperit vos: quia unum vocaui eum, & benedixi
 ei, & multiplicauit eum. Thren. 1. 2. Plorauit plora-
 uit in nocte, & lacryma eius in maxillis eius: non est
 qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes ad-
 mici eius spreuerūt eam, & facti sunt ei inimici. Ver.
 15. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de me-
 dio mei: vocauit aduersum me tempus, ut contereret
 electos meos: torcular calcavit Dominus, virginis filia
 Iuda. Zach. 12. 10. Et effundam super domum Da-
 uid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiae,
 & precum: & aspicient ad me, quem confixerunt: &
 plangent eum placenti quasi super unigenitum, & do-
 lebunt super eum, ut doleri solet in morte primi-
 geniti.

VERITAS. Ioan. 7. 37. 38. 39. In nouissimo
 tem die magno festinitatis stabat Iesus, & clamauit
 dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui
 abstergit

dit in me, sicut dicit scriptura. flumina de ventre eius
 fluent aqua viva. Hoc autem dixit de Spiritu,
 quem accepturi erant credentes in eum: nondum e-
 nim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glo-
 rificatus. Ibidem cap. 19. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37.
 Iudaei ergo, (quoniam parasceue erat) ut non rema-
 nerent in cruce corpora Sabbato, (erat enim magnus
 dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum ut frangeren-
 tur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo mi-
 lites; & primi quidem fregerunt crura, & aliterius,
 qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum ve-
 nissent, ut viderunt eum iam mortuum, non fre-
 gerunt eius crura, sed unus militum lancea eius
 latus aperuit, & continuo exiit sanguis, & a-
 qua. Et qui vidit testimonium perhibuit, & ve-
 rum est testimonium eius: Et ille scit quia vera
 dicit: ut & vos credatis. Facta sunt enim haec,
 ut scriptura impleretur: Os non comminuetis ex
 eo. Et iterum alia scriptura dicit: videbunt in
 quem transfixerunt. Apocal. 7. 14. 15. 16. 17.
 Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mi-
 hi: Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna,
 & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in
 sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, &
 seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in
 throno, habitabit super illos: non esurient, neq; si-
 tiunt amplius, nec cadet super illos sol, neq; ullus
 aestus: quoniam Agnus, qui in medio throni est, re-
 get illos, & deducet eos ad vitas fontes aquarum, &
 absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Consummatus est autem celeriter iuxta id.
Exod. 12. 11. Sic autem comedetis illum: Rentes
stros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus,
tenentes baculos in manibus, & comedetis iustanter:
est enim Phase (id est transitus) Dominus.
Marc. 15. 44. 45. Pilatus autem mirabatur si iam ob-
isset. Et accersito Centurione, interrogavit eum si
iam mortuus esset. Et cum cognouisset a Centurio-
ne donavit corpus Ioseph.

CAPVT LXIX.

Christus Dominus de cruce deponitur, & sepelitur.

FIGVRAE. 1. Ioseph mittitur in cisternam
veterem quæ non habet aquam. Genes. 37.
23. 24. Confestim igitur ut peruenit ad fratres suos,
nudauerunt eum tunica talari, & polymita: misse-
runtq; eum in cisternam veterem, quæ non habebat
aquam.

2. Ibidem mittitur in carcerem, Genes. 39.
19. 20. His auditis Dominus & nimium credulus
verbis coningis, iratus est valde, tradiditq; Ioseph
in carcerem, ubi vincti Regis custodiebantur, & erant
sibi clausus.

3. Idem in Aegypto mortuus, magno
honore, & aromatibus sepelitur. Genes. 50.
Mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis.
Et conditus aromatibus, repositus est in lacu
Aegypto.

4. In festo expiationis mundabantur
dæi, quod Sabbatum requietionis est. Leuit.

29. 30. 31. 32. 33. 34. *Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum.*

5. Aaron completis hostijs pro peccato, & holocaustis pacificis, descendit. Leuit. 9. 22. *Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicq; completis hostijs pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit.*

6. Fortissimus Samson cùm plures moriens quàm viuis occidisset, sepelitur. Iud. 16. 30. 31.

7. Elias propter Iezabel abdidit se in spelunca expectans sermonem Domini vt egrederetur. 3. Reg. 19. 9. 10.

8. Abdemelech quia habuit figuram Iosephi ab Arimathea, curat Ieremiam in lacum missam. Ier. 38. 7. *Auduit autem Abdemelech Aethiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quòd mississent Ieremiam in lacum: porro rex sedebat in porta Benjamin. Ier. 39. 16. 17. 18. Vade, & dic Abdemelech Aethiopi, dicens. Hec dicit Dominus exercituum Deus Israël: ecce ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Dominus, & non tradèris in manus virorum, quos tu formidas: sed eruens liberabote, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.*

PROPHETIAE. Deut. 21. 22. 23. *Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & ad iudicium morti appensus fuerit in patibulo: non per-*

De s manebis

manebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die spe-
 lietur: quia maledictus à Deo est qui pendet in ligno:
 & nequaquam contaminabis terram tuam, quam
 Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem. Psalm.
 4. 9. 10. In pace in idipsum dormiam. & requiescam;
 quoniam tu Domine singulariter in spe cōstitisti me.
 Psalm. 15. 8. 9. 10. Prouidebam Dominum in conspe-
 ctu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne com-
 mouear. Propter hoc latatum est cor meum, & exul-
 tavit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in
 spe. Quoniam non derelinques animam meam in in-
 ferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.
 Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me laetitia
 cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usq; in fi-
 nem. Psalm. 37. 5. Quoniam iniquitates meae super-
 gresse sunt caput meum: & sicut onus graue gra-
 uata sunt super me. Vers. 7. Miser factus sum, &
 curuatus usq; in finem: tota die contritus ingre-
 diebar. Psalm. 142. 3. Quia persecutus est inimi-
 cus animam meam: humiliavit in terra vitam meam.
 Collocavit me in obscuris sicut mortuos seculi. Eccl.
 38. 16. Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi
 dixi a passus incipe plorare, & secundum iudicium cō-
 tege corpus illius, & non despicias sepulcrum illius.
 Isai. 11. 10. In die illa radix Iesse, qui stat in signum
 populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit
 pulchrum eius gloriosum. Ibidem cap. 25. 10.
 supra cap. 62. Cap. 57. 1. 2. Iustus perit & non
 qui recogitet in corde suo: & viri misericordia con-
 guntur, quia non est qui intelligat, à facie eius

malitia collectus est iustus. Veniat pax, requiescat
 in cubili suo qui ambulavit in directione sua. Thren.
 3. 53. 54. 55. 56. 57. Lapsa est in lacum vita mea,
 & posuerunt lapidem super me. Inundauerunt a-
 qua super caput meum: dixi: perij. Inuocavi no-
 men tuum Domine de lacu nouissimo. Vocem
 meam audisti: ne auertas aurem tuam à singultu
 meo, & clamoribus. Appropinquasti in die, quando
 inuocavi te: dixisti: ne timeas.

VERITAS. Matth. 27. 55. 56. 57. 58. 59.
 60. 61. Erant autem ibi mulieres multa à longè quæ
 secute erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei, inter
 quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Io-
 seph mater, & mater filiorum Zebedæi. Cùm autem
 serò factum esset venit quidam homo diues ab Ario-
 mathea, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Ie-
 su, hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc
 Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Io-
 seph inuoluit illud in sindone munda. Et posuit illud
 in monumento suo nouo, quod exciderat in petra. Et
 aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, &
 abiit: erat autem ibi Maria Magdalene, & altera
 Maria, sedentes contra sepulchrum. Marc. 15.
 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Erant autem &
 mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Ma-
 ria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph
 mater, & Salome: & cùm esset in Galilæa, sequeban-
 tur eum, & ministrabant ei, & alie multa, que simul
 cum eo ascenderant Ierosolymã. Et cùm iam serò esset
 factum (quia erat parascene, quod est ante sabbatũ)

venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui
 erat expectans regnum Dei, & audacter introiit ad
 Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem
 mirabatur si iam obisset. Et accersito centurione,
 interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph.
 Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit
 sindone, & posuit eum in monumento, quod erat excisum
 de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monu-
 menti. Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph
 aspiciebant ubi poneretur. Luc. 23. 49. 50. 51.
 52. 53. 54. 55. 56. Stabant autem omnes noti eius à
 longe: & mulieres, quæ secum eum erant à Galilæa
 hac videntes. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat
 decurio, vir bonus, & iustus: hic non conseruauit
 consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate
 Iudææ, quia expectabat & ipse regnum Dei.
 hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: & de-
 positum inuoluit sindone, & posuit eum in monu-
 mento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et
 dies erat parasceues, & sabbatum illucebat. Sub-
 secuta autem mulieres, quæ cum eo uenerant de Ga-
 lilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum po-
 situm erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt
 aromata, & unguenta: & sabbato quidem silue-
 runt secundum mandatum. Ioan. 19. 38. 39. 40.
 41. 42. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab
 Arimathæa, (eo quod esset discipulus Iesu, occultum
 autem propter metum Iudaorum) ut tolleret corpus
 Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & auulit corpus

Iesu. Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primū, ferens mixturam myrrha, & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudais sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen Iudaorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAPVT LXX.

De custodia sepulchri Domini.

FIGVRAE. I. Cū audissent Philistijm Saronem intrasse urbem Gazam, ibiq; dormire, circumdederunt eum positus in porta ciuitatis custodibus. Iud. 16. 1. 2.

2. Satellites Saul custodiunt Dauidem in domo sua vt mane occidatur. 1. Reg. 19. 11.

3. Babylonij ad lacum Danielis aduoluunt lapidem. Dan. 6. 16. 17. Tunc rex precepit, & adduxerunt Daniele, & miserunt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Danieli: Deus tuus, quem colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os laci: quem obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, ne quid fieret contra Daniele.

PROPHETIAE. Genes. 49. 9. Catulus leonis Iuda: ad pradam filii mi ascendisti: requiescens accubisti vt leo, & quasi leana, quis suscitabit eum? Psalm. 9. 16. 17. Exiitabo in salutaris tuo, infixae sunt gentes in insoritu, quem fecerunt. In laqueo isto

De s quem

quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Cognoscetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Psal. 36. 7. Laqueum parauerunt pedibus meis & incuruerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foveam: & incidit in eam. Psal. 63. 6. 7. 8. Subito sagittauerunt eu, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem suum. Narrauerunt ut absconderet laqueos: dixerunt, quis videbit eos? scrutati sunt iniquitates: defecit firmitates scrutinio, accedet homo ad cor alium, & exaltabitur Deus. Sagitta paruulorum facta sunt plaga eorum.

VERITAS. Matt. 27. 62. 63. 64. 65. 66. Altera autem die, quae est post parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & pharisaei ad Pilatum, dicentes: Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens: Post tres dies resurgam. Inbe ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furetur eum, & dicant plebi: surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior priori. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, iste, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes, mauerunt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

CAPVT LXXI.

De descensu Christi ad limbum.

FIGURAE. I. Iacob descendere vult ad filium in infernum. Gen. 37. 35. Congregatis autem cunctis liberis eius ut lenirent dolorem patris, mouit consolationem accipere, sed ait: Descendam ad filium meum lugens in infernum.

2. Moyses educens populum Israeliticum ex terra Aegypti.

ra Aegypti, diuisit virga sua mare rubrum, sicq;
vniuersus populus sicco vestigio mare pertran-
sijt: Pharao verò & omnes inimici eorum aquis
submersi perierunt, Exod. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21.
22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31.

3. David in persecutione Saul fugit in spe-
luncam Odollam. 1. Reg. 22. 1. *Abijt ergo David
inde, & fugit in speluncam Odollam. Quod cum
audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, de-
scenderunt ad eum illuc.*

4. Idem David iam latet in inferiori par-
te speluncæ, vbi præscindit oram chlamydis
Saul silenter. 1. Reg. 24. 45.

PROPHETIAE. Gen. 49. 9. *Catulus leonis
Iuda: ad prædam filii mi ascendisti: requiescens accu-
bui ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum? Iob.
17. 13. Si sustinero infernus domus mea est, & in te-
nebris stravi lectulum meum. Psal. 15. 10. Quoniam
non derelinques animam meam in inferno: nec dabis
sanctum tuum videre corruptionem. Psal. 23. 7. 8. 9.
10. Attollite portas principes vestras, & eleuamini
porta aeternales: & introibit rex gloria. Quis est iste
rex gloria? Dominus fortis, & potens: Dominus po-
tens in praelio. Attollite portas principes vestras, &
eleuamini porta aeternales, & introibit rex gloria.
Quis est iste rex gloria? Dominus virtutum ipse est
rex gloria. Psal. 87. 5. Estimatus sum cum descenderio
in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, in-
ter mortuos liber. Psal. 106. 14. 15. 16. Et eduxit eos
de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum dirupit.*
Consi-

Confiteantur Domino misericordia eius: & mirabilia eius filiis hominum, quia contriuit portas aere, & vectes ferreos confregit. Mai. 38. 10. Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, Quasi residuum annorum meorum. Ibidem cap. 45. 2. Ego ante te ibo; & gloriosos terra humilabo, portas aereas conteram, & vectes ferreos confringam. Osee. 13. 14. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua o mors, morsu inuenero inferne; consolatio abscondita est ab oculis meis.

VERITAS. Actor. 2. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Viri Israëlita, audite verba haec: Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quae fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis; hunc de precepto consilio, & praescientia Dei traditum, per manus iniquorum affligentes interemistis: quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat videri illum ab eo. David enim dicit in eum: Proinde debam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear; propter hoc letatum est cor meum, & exultavit lingua mea, in opere & caro mea requiescet in spe. Quoniam non detur lingues animam meam in inferno, nec dabo sanctum meum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitae & replebis me iucunditate cum facerem. Ephes. 4. 9. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrae? Col. 2. 13. 14. 15. Et vos cum mortui essetis in delictis, & praecipue carnis vestrae, cuiusificamini cum illo, donec

nobis omnia delicta: delens quod aduersum nos erat
 chirographum decreti, quod erat contrarium nobis,
 & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & ex-
 politans principatus, & potestates iraduxit confiden-
 ter, palam triumphans illos in semetipso. 1. Petr. 3.
 18. 19. 20. Quia & Christus semel pro peccatis no-
 stris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret
 Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem
 Spiritu. In quo & his, qui in carcere erant, Spiritus
 veniens predicauit: qui increduli fuerant aliquan-
 do, quando expectabant Dei patientiam in diebus
 Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est
 octo anima, salua facta sunt per aquam.

CAPVT LXXII.

Quanta fuerit huius diei, passionis Dominice, solemnitas.

FIGVRAE. I. Hæc dies nobis ex peccato le-
 prosis, boni nuncij est. 4. Reg. 7. 9. Dixerunt q̄
 ad inuicem: Non rectè facimus: hæc enim dies boni
 nuncij est. Si tacuerimus, & noluerimus nunciare
 usq̄ mane, sceleris arguemur: venite, eamus, &
 nunciemus in aula regis.

2. In qua Saul superauit Naas Ammonitè,
 & in qua nullum inimicorum suorum voluit occi-
 di. 1. Reg. 11. 11. 12. 13. Et factum est, cum dies
 crastinus venisset, constituit Saul populum in tres
 partes: & ingressus est media castra in vigilia matu-
 tina, & percussit Ammon usq̄ dum inuale-
 ret dies: reliqui autem dispersi sunt, ita ut non relin-
 querentur in eis duo pariter. Et ait populus ad Sa-
 ulelem

enuelem: *Quis est iste qui dixit: Saul num regnum super nos? Date viros, & interficiemus eos.* Erat Saul: *Non occidetur quisquam in die hac, quia in die fecit Dominus salutem in Israël.*

3. Dies iubilæi quando quisq; redijt ad possessionem suam. *Leuit 25. 13. Anno tubæ lætæ omnes ad possessiones suas.* Quando nobis aurea porta lateris Christi aperitur.

4. In qua vnica oblatione nos sanctificauit. *Hebr. 10. 14. Vna enim oblatione, consummavit in sempiternum sanctificatos.*

5. In qua, mortuo summo sacerdote illius temporis, reuertitur homicida in domum suam, de qua exiuerat. *Ios. 20. 6. Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos magnus, qui fuerat in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingreditur ciuitatem, & domum suam de qua fugerat.*

6. In qua non erit anathema amplius. *Zach. 14. 10. 11. Et reuertetur omnis terra vsq; ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem: & exaltabitur, & habitabit in loco suo, à porta Benjamin, vsq; ad locum portæ prioris, & vsq; ad portam angulorum, & à turre Hananeël vsq; ad torcularia regis: & habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusalem securam.*

7. In qua pater cælestis nostras iniquitates à Filio abstulit. *Zach. 3. 4. 5. Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens: Auferete vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: ecce abstulisti te iniqua*

se iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit: ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & angelus Domini stabat, & c.

8. In qua vna die ablata est iniquitas terræ. Zach. 3. 9. Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu: super lapidem unum septem oculi sunt: ecce ego calabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terra illius in die vna.

9. Cùm misertus nostri in profundū maris proiecit omnia peccata nostra. Mich. 7. 19. Reuertetur, & miserebitur nostri: deponet iniquitates nostras, & prouocet in profundū maris omnia peccata nostra.

10. Cùm Christus factus pontifex futurorum bonorum, introijt in sancta æterna redemptione inuenta. Hebr. 9. 11. 12. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorū per amplius & perfectius tabernaculum non manu factum, id est, non huius creationis: neq; per sanguinem hircorum, aut vitulorum; sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta.

11. In qua fortior fortis armati domum ingressus, vniuersa domus eius spolia dirupit, & fortem domo direpta alligauit. Matt. 12. 29. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem? & tunc illius domum diripiet. Luc. 11. 21. 22. Cùm fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, que possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet.

12. In

12. In qua de petra eductum mel, oleum de saxo durissimo. Deut. 32. 13. Constituit enim iuxta excelsam terram: ut comederet fructus agrorum, &ingeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. 4. Et omnes ex illis potum spiritalem biberunt: (bibebant autem de petra naturali, consequente eos petra; petra autem erat Christus.)

13. In qua serpentis caput contritum. Gen. 3. 15. Inimicitias ponam inter te & mulierem, & seminem tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

14. In qua serpens Aeneus venenosus sanatus. Numer. 21. 9. Fecit ergo Moyses serpentem pro signo: quia cum percussi aspicerent, sanabantur. Ioan. 1. 4. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis.

15. In qua Pater caelestis videns arcum in nubibus caeli extensum, recordatus est foederis sui. Genes. 9. 13. 14. 15. Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum foederis inter me, & inter terram. Cumq; obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor foederis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, quae carnis vegetat: & non erunt ultra aquae diluuii ad delendam uniuersam carnem.

16. In qua Ioseph post tot iniurias constituitur Dominus Aegypti, post Pharaonem. Genes. 41. 41. 42. 43. 44. 45. Dixitq; rex suus Pharaoni ad Ioseph: Ecce, constitui te super uniuersam

ram Egypti: Tulitq; annulum de manu sua, & dedit eum in manibus eius: vestiuitq; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitq; eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, ut omnes coram eo genu flecterent, & propositum esse scirent vniuersa terra Egypti. Vertitq; nomen eius, & vocauit eum lingua Egyptiaca Salvatorem mundi. Deditq; illi uxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaq; Ioseph ad terram Egypti.

17. In qua misericordia, & veritas obuierunt sibi: iustitia & pax se osculatae sunt. Psal. 84. 11. *Misericordia, & veritas obuierunt sibi: iustitia, & pax osculatae sunt.*

18. In qua auertit captiuitatem Iacob, & benedixit terrae suae. Psalm. 84. 2. *Benedixisti Domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.*

19. In qua remisit iniquitatem plebi suae, & operuit omnia peccata eorum. Psalm. 84. 3. *Remisisti iniquitatem plebis tuae: operuisti omnia peccata eorum.*

20. In qua Deus mitigauit omnem iram suam. Psalm. 84. 4. *Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuae.*

21. Mardocheus sacco luctus exiit, quo fuerat indutus donec dominabatur Aman, & permaneret ex edicto regis sententia mortis, pro sacco purpuram accepit, factus secundus a rege, relaxato ab omni suo populo regis edicto, & Aman suspensus in cruce eadem, quam praeparauit

E e

parauc-

parauerat Mardocho, sed & filij Aman *legendi*
Esth 3. 5. 6. Quod cum audisset Aman, & con-
 rimento probasset quod Mardocho non fideret
 sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde, & pro-
 hilo duxit in unum Mardochoam mittendi
 suas: audierat enim quod esset genis Iudae: ma-
 gisq; voluit omnem Iudaeorum, qui erant in regno
 Assueri, perdere nationem. Ibidem cap. 4. 1. 2.
 3. Quae cum audisset Mardocho, scidit vestimen-
 ta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti:
 & in platea media ciuitatis voce magna clamabat,
 ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eulam
 vsq; ad foras palatii gradiens: Non enim erat licen-
 tum indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus
 quoq; prouincijs, oppidis, ac locis, ad qua crudelis regi
 dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudaeos
 ieiunium, ululatus, & fletus, sacco & cinere multis
 prostrato uentibus. Cap. 6. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
 Cumq; esset ingressus, ait illi: Quid debet fieri tui
 quem rex honorare desiderat? Cogitans autem in
 corde suo Aman, & reputans quod nullum diuitem
 rex, nisi se uellet honorare, respondit: Homo quoniam
 rex honorare cupit, debet indui uestibus regis, & im-
 poni super equum, qui de sella regis est, & accipere
 regium diadema super caput suum, ac primus de
 gis principibus ac tyrannis, teneat equum eius, & in
 plateam ciuitatis incedens, clamet, & dicat: Sicut
 norabuntur, quemcumq; uoluerit rex honorare.
 xitq; ei rex: Festina, & sumpta stola, & equo,
 ut locutus es, Mardocho Iudaeo, qui sedet ante
 palatium

palatij. Caue ne quidquam de his, quae locutus es praesermitas. Tulit itaque Aman stolam & equum, indutumque Mardocheum in platea ciuitatis, & impositum equo precedebat, atque clamabat: Hoc honore condignus est quemcumque rex voluerit honorare. Cap. 7. 9. 10. Dixitque Harbona, vnus de eunuchis, qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardocheo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cum dixit rex: Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardocheo, & regis ira quieuit. Cap. 8. 7. Responditque rex Assuerus Esther reginae, & Mardocheo Iudaeo: Domum Aman concessi Esther, & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudaeos. Vers. 12. Et constituta est per omnes prouincias vna ultionis dies, id est terriadecima mensis duodecimi Adar. Vers. 15. 16. 17. Mardocheus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regis, hyacinthinis videlicet & aërijs, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnisque ciuitas exultauit, atque letata est. Iudaeis autem noua lux oriuisa est, gaudium, honor, & tripudium. Cap. 9. 12. 13. 14. 15. Qui dixit regina: In vrbe Susa interfecerunt Iudaei quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantum putas eos exercere eadem in vniuersis prouincijs? Quid ultra postulas, & quid vis ut fieri iubeam? Cui illa respondit: Si regi placet, detur potestas Iudaeis, ut sicut fecerunt hodie in Susa, sic & cras faciant, & decem

& decem filij Aman in patibulis suspendantur. Prae-
 cepitq; rex ut ita fieret. Statimq; in Susa popu-
 dit edictum, & decem filij Aman suspensi sunt. Con-
 gregatis Iudeis quarta decima die mensis Adar,
 interfecti sunt in Susa trecenti viri: necorum
 ab illis direpta est substantia. Verſ. 25. 26. Et po-
 stea ingressa est Esther ad regem, obsecrans ut con-
 tus eius litteris regis irriti fierent: & malum, quod
 contra Iudeos cogitauerat, reuenteretur in caput
 eius. Deniq; & ipsum & filios eius affixerunt cruci,
 atq; ex illo tempore dies isti appellati sunt plurim, id
 est sortium: eo quod phur, id est fors, in urnam
 missa fuerit. Et cuncta, quae gesta sunt, epistola, id
 est libri huius volumine continentur.

22. Ista est dies quam nulla vnquam delebit
 obliuio. Esth. 9. 28. Isti sunt dies, quos nulla vnquam
 delebit obliuio: & per singulas generationes cuncta
 in toto orbe prouincia celebrabunt: nec est ulla ciui-
 tas, in qua dies plurim, id est sortium, non obseruetur
 a Iudeis, & ab eorum progenie, quae his ceremo-
 nijs obligata est.

23. In qua Dominus saluum fecit populum
 suum liberans eum ab omnibus malis: in qua
 duo dracones decertauerunt, Mardocheus, &
 Aman. Esther. 10. 6. 7. 8. 9. Paruus fons, qui cre-
 uit in flauium, & in lucem solemq; conuersus est, &
 in aquas plurimas redundauit: Esther est, quae
 rex accepit uxorem, & voluit esse reginam. Dra-
 cones autem dracones: ego sum, & Aman. Gentes,
 conuenerant: hi sunt, qui conati sunt deleuere nom-
 inum Iuda

Iudeorum. Gens autem mea, Israël est, que clamauit ad Dominum, & saluum fecit Dominus populum suum: liberauitq; nos ab omnibus malis, & fecit signa magna, atq; portenta inter gentes.

24. In qua lux & sol ortus est. Esther. II. II. *Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos.*

25. Hunc diem mœroris, & luctus, Dominus vertit in gaudium. Esther. 16. 21. *Hanc enim diem Deus omnipotens, mœroris & luctus, eis vertit in gaudium.*

26. Vnde sub pœna mortis seruanda cum summa solemnitate. Ibid. Vers. 22. 23. 24. *Vnde & vos inter ceteros festos dies, hanc habetote diem, & celebrate eam cum summa letitia, ut & in posterum cognoscantur, omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insulantur regno, perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas, qua noluerit huius solemnitatis esse particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, ut non solum hominibus, sed etiam bestijs iniuria sit in sempiternum, pro exemplo contemptus, & inobedientia.*

27. Nunc Dauid interfecit leonem & vrsum. 1. Reg. 17. 34. 35. 36. *Dixitq; Dauid ad Saul: pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo, vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequabar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum: & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam*

hendebam mentum eorum, & suffocabam, inter-
 ficebamq; eos. Nam & leonem & ursum uera
 feci ego seruus tuus: erit igitur & Philistim
 hic incircumciscus, quasi vnus ex eis. Nunc uo-
 dam, & auferam opprobrium populi: quoniam
 quis est iste Philistim incircumciscus, qui ausus est
 maledicere exercitui Dei uiuentis?

28. Hac die Dauid in funda & lapide pro-
 strauit Goliath, & proprio illum gladio inter-
 fecit. Ibidem 48. 49. 50. 51. Cum ergo surrexi-
 set Philistim, & ueniret, & appropinquaret con-
 tra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pug-
 nam ex aduerso Philistim. Et misit manum suam
 in peram, tulitq; unum lapidem, & funda iecit, &
 circumducens percussit Philistim in fronte: &
 infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem
 suam super terram. Præualuitq; Dauid aduersum
 Philistim in funda & lapide, percussitq; Philo-
 stum interfecit. Cumq; gladium non haberet in
 manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philistim,
 & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina
 sua: & interfecit eum, præciditq; caput eius. Viden-
 tes autem Philistim quod mortuus esset fortissimus
 eorum, fugerunt.

29. Hodie sanguis agni paschalis occisi
 origine mundi nos ab angelo percutiente libe-
 rauit. Exod. 12. 7. Et sument de sanguine eius
 & ponent super utrumq; postem, & in superlim-
 naribus domorum, in quibus comedent illi.

Verf. 13. *Erit autem sanguis vobis in signum in oculis in quibus eritis: & videbo sanguinem & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero terram Aegypti.*

30. *Hodie consummata est prævaricatio, finem accepit peccatum, deleta est iniquitas terræ, adducta est iustitia sempiterna, impleta est visio & prophetia. Dan. 9. 24. Septuaginta hebdomades abbreviatae sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, & visio consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deletur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & ungetur Sanctus sanctorum.*

31. *In hac die finem habuerunt quærentiæ & minæ à Domino apud Ezechielem propositæ de viro non inuento qui se poneret sepe inter Deum & terram. Quæsi (inquit) de eis virum, qui interponeret sepe, & staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam: Et non inveni. Et effudi super eos indignationem meam: & in igne ira mea consumpsi eos, vivum eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus. At nunc habet Pater cælestis sepe Christum qui oppositus non tantum stat Deo sed pendet in cruce pro terra ne dissipet eam. Verus mediator Dei & hominum Christus Iesus: vt libro tertio capite vndecimo latiùs.*

Ec 4

Et

Et hæc de passione Dominica. Cæterùm modo
modo Deus vicissim, omnibus plagis & tor-
loribus quibus Christi corpus confecerunt
Iudæos excruciauerit proprius liber no-
ster docet. Cui titulus. Trium-
phus Christi de
Iudæis.



LIBER